LAV. VAL. ¶ Poſt execrationē &c. Poſt maledictionem: quā execrati ſunt multa mala in ſeipſos uertere: ſi non effecti eſſent fideliter ea: quæ promiſerant. ¶ In ſolēnibus ſacris: quæ ſolēnia ſacra ſolēt fieri cum fœdus ſancitur ſanguine uictimæ. ¶ Aperuiſſe: maniſeſtaſſe. ¶ Atq; eo dictare feciſſe. Superius uidiſtis: quō humanum ſanguinem iureiurando: cum ſe addicerent coniurationi hauſerunt: nunc dicit cām: cur execrationem illā inter ſe fecerint: uidelicet: ut huius ſceleris conſcii: alii aliis fideliores eſſent. ¶ Atq;: dicitur. ¶ Eo. i. iō. ¶ Dictarē frequenter dicere execrationē illā. ¶ Quo. i. ut tāti facinoris. i. coniurationis. ſ. ꝙ ſanguinem humanū hauſiſſent. ¶ Nonnulli hāc habent opinionē: ꝙ ſanguinē humanum pateris infuſum hauſerint: alii autem falſum eſſe dicunt: & hi erant: qui uolebant odium minui Ciceronis: quod poſtea in ipſum ortum eſt: eo ꝙ ciues Ro. interfici iuſſiſſet contra leges. ¶ Atrocitate: crudelitate eorum: q interfecti fuerant: nam ſi hæc ſcelera cōmiſerant minuebat odiū Ciceronis: ꝙ eos interfici iuſſerat. ¶ Inuidam: in odium. ¶ Atrocitate ſcelerum ꝙ diceret metuiſſe huiuſmōi ſceleratos ciues tale: & deterius ſupplicium pēdere: eo ꝙ tam atrū ſcelus commiſerant: utputa humanum ſanguinem haurire. ¶ Nobis ea res. Nunc dicit Salluſti⁹ opinionem ſuam. ¶ Pro magnitudine: ideſt ſecundum rei magnitudinem. ¶ Parum compertā: parum explorata: nam cum tanta eſſet rei magnitudo: profecto eſſet nobis manifeſta: quapropter comprehendi poteſt mendacem & falſum eſſe in coniuratione Catilinæ. ¶ Haud obſcuro: non ignobili. ¶ Coopertus: oppreſſus. ¶ Flagitiis: ideſt ſcelenbus: nam flagitium dicitur uitiū flagitione: ideſt repræhenſione dignum: ſeu in uerbis fuerit: ſeu in factis: ſed in factis ſemper facinus dicitur. ¶ Probri: uituperii. ¶ Amouerant remouerant: quia indignus erat ſenatorii ordinis. ¶ Non minor uanitas q̄ audacia quidem ſibi inerat: ſed ſimul uanus. ¶ Neq; reti. Dicit quo modo uanus erat ob ſcelera detecta. ¶ Penſi conſiderati: ſine ulla conſideratione. Ideo quia: & dicebat & agebat Curio. ¶ Conſuetudo: familiaris. ¶ Nobili: famoſa: & clara. Dicitur nobilis non ſolū uirtute inſignis: ſed uitio uel ille: qui uirtutibus: uel uitiis ingentibus: omnibus cognitus eſt: nobilis appellatur: unde nobile ſcortum: quia multis cognitum eſt. ¶ Cui cum minus gratus: hæc eſt conſuetudo meretricum: quum multum pecuniæ ab amico receperint diligunt: cū uero minimā pecuniā acceperint: minuitur amor. ¶ Quia minus inopia conſequitur: nam cum frequenter ad eam iter faceret: & ſemper ei aliquid largiretur: ad extremā neceſſitatē redactus erat: ut non poſſet explere eius auaritiam: quapropter minus grat⁹ erat. ¶ Repente: ex improuiſo. ¶ Glorians: quia iam coniurationis ſperabat euentū: ideo gloriabatur. ¶ Maria & montes: prouerbium eſt: quod cum de ingenti alicuius pollicitatione agimus: cum irriſione quadam dicere ſolemus: dicebat enim: mihi maxima eſt facultas diuitiaꝝ: quas paulopoſt polliceri licebit. ¶ Obnoxia: ſubiecta: & morigera. ¶ Agitare: uexare: & perterrefacere.

poſt execrationē oēs deguſtaſſent: ſicuti in ſolēnibus ſacris fieri cōſueuit: aperuiſſe cōſilium ſuum atq; eo dictare feciſſe: quo inter ſe fidi magis forēt alius alii tanti facinoris conſcii: nonnulli ficta hæc & multa præterea exiſtimabant ab his: qui Ciceronis inuidiam: quæ poſtea orta ē: leniri credebāt atrocitate ſceleris eoꝝ: qui pœnas dederant. Nobis aūt ea res ꝓ magnitudine parū comperta eſt. Sed in ea coniuratōe fuit. Q. Curius natus haud obſcuro loco: facinoribus atq; flagitiis coopertus: quē cēſores ſenatu ꝓbri grā amouerāt. Huic hoi non minor uanitas inerat q̄ audacia: neq; reticere q̄ audierat: neq; ſuametipſa ſcelera occultare: prorſus neq; dicere: neq; facere qcq̄ penſi hēbat. Erat ei cū Fuluia muliere nobili ſtupri uetus cōſuetudo: cui cū minus gratus eēt: qa inopia minus largiri poterat: repēte gloriās ex ɔiuratiōe maria mōteſq; polliceri cœpit: minari iterdū ferro: ni ſibi obnoxia foret: poſtremo feroci⁹ agitare q̄ ſolit⁹ erat.

OMNI. BO. ¶ Nonnulli &c. Quidā hoc dicebant: alii uero ab amicis Ciceronis dicta & ficta eſſe dicebant: & hoc eſt nōnulli &c. ¶ Ab his: q credebant poſſe leniri inuidiā Ciceronis: quæ poſtea orta eſt. ¶ Poſtea orta eſt: atrocitate ſcelerū eorū: ideſt ciceronianorū: qui dederant: ideſt intulerant pœnas: contigit enim quoſdā de coniuratione depræhenſos: & atrociter punire: unde in Ciceronem magna eſt orta inuidia: uel aliter & melius dicatur: ab his ficta eſſe hæc: qui inuidiā Ciceronis: quæ poſtea orta eſt: credebāt leniri: ideſt extingui. ¶ Dederant: ideſt pertulerant pœnas: nā grauia & atrocia cōmiſerant ſcelera: iccirco ea cōmemorando: poterat extingui Ciceronis inuidia. ¶ Nobis ea res. Iſti hoc dicunt: illi uero negant: ſed ea res parū eſt cōperta nobis. ¶ Pro magnitudine: adeo eſt magna. ¶ Sed in ea: Ad id reſpicit: quod ſuperius dixit: arbitris ꝓcul amotis: putabat quidem omnes arbitros: & reuellatores ꝓcul eſſe amotos: ſed nō fuerūt amoti: quia unus interfuit: ſcilicet Quintus Curius: q reuellauit: & hoc eſt. ¶ Sed in ea cōiuratōe. ¶ Flagitiis: ad facta facinorib⁹ ad uerba. ¶ Quē cenſores. Cenſores dicebantur: quia de moribus hominum cenſebāt. ¶ Senatu: ab ordine ſenatorio. ¶ Huic homini. Oſtendit perſonam per eius attributa: ad conſilium reuelandum idoneam. ¶ Vanitas. Inter uanum & mendacē hoc intereſt: ꝙ mendax dicitur: qui gratia & ſpe lucri mentitur: uanus: qui ſine utilitate mentitur. ¶ Audacia: impudentia. ¶ Penſi: ideſt conſilii. ¶ Nec dicere: ideſt in dicendo. ¶ Nec facere: ideſt in faciendo: ita Curius dicitur aperuiſſe: quia quomodo apparuit: hoc modo: quia erat &c. ¶ Minus: q̄ ſolitus erat. ¶ Obnoxia: obediens: & ſubiecta.

¶ At Fuluia.Fuluia:ut erat fœmina astutissima:se obnoxiam dixit futuram Curio:& ita pedetentim inter- LAV.
rogauit:dic mihi Curi:quam facultatem habeas diuitiarum:nam & si hoc mihi cõmunicaueris:ego tecum VAL.
simul bonis lætabor:& ita cum illa simulasset:se sibi fore obsecuturam:extorsit ab eo:ut coniurationem ape
riret.¶ Insolentia:superbia:& arrogantia.¶ Cã:cur adeo ferox factus esset.¶ Sublato auctore:discedente au
ctore coniurationis:qui auctor fuerat aperiundæ coniurationis.s.Curius.¶ Quæ.s.uerba.¶ Quomodo:sci
licet per astutiam suam Curius sibi aperuerat.¶ Cõpluribus:cum multis uerbis:uel cum pluribus.s.hoibus.

At Fuluia:in solẽtia: Curii cã cognita: tale periculum Reipublicæ haud occultum habuit. Sed sublato auctore:de Catilinæ coniuratiõe:quæ:& q̃uo audierat compluribus narrauit. Ea res in primis studia hominum accẽdit ad cõsulatũ mandandũ M.T.Ciceroni:namq; antea plæraq; nobilitas inuidia æstuabat.& quasi pollui consulatum credebant:si eum (quamuis ægregius) homo nouus adeptus foret. Sed ubi periculum aduenit: iuidia atq; superbia post fuere. Igitur:habitis comitiis: consules declarantur.M.Tulius:& Caius Antonius.Quod factum primo populares cõiurationis concusserat. Neq; tamen Catilinæ furor minuebatur:sed indies plura agitare: arma per Italiam locis opportunis parare:pecuniam:sua: aut amicorum fide sumptã mutuo. Fesulas ad Manliũ quẽdam portare:qui postea princeps fuit belli faciũdi. Ea tempestate plurimos cuiusq; generis homines asciuisse sibi dicitur. Mulieres etiam aliquot quæ primo ingẽtes sumptus stupro corpis tolerauerant:post ubi ætas tantũmodo quæstui:

¶ Ea res:scilicet:quam de coniuratione Catilinæ aperuerat.¶ Accendit:incitauit.¶ Mandandum:ad tradendum.¶ Mar. Ciceroni: quia solus ex oĩbus ciuib⁹ Romanis uidebatur idone⁹: qui de pernitiosis ciuibus Rempublicam eripe posset:quam Marcus Tulius:& est maxima Ciceronis laus:qui unus ex omnibus uisus fuerit ad Rempublicam recuperandã idoneus.¶ Plæraq; nobilitas:maior pars nobilium.¶ Aestuabat:ardebat:& simulabat odio: qa quodã odio populi maculari & sordidari uidebatur.¶ Eum consulatum nouus homo. Nouus homo dicit qui pauloante ab infimo gradu ad summũ officium ascenderit:ut tribunatus:& consulatus: ut Cicero fuit:nam dicũt nõnulli fabri ferrarii fuisse filium:fuit autem:quod cõstat: ex municipio Arpinati:unde dict⁹ est: Arpinas Cicero:sed cũ patre simul peruenit in urbem Romã: & ibi factus est ciuis:& cum ipse prudentia simul:& eloquentia refertissimus esset: princeps Romanus euasit:ergo nouus erat.¶ Sed ubi periculũ: ita quidem ante credebant consulatum maculari:si Cicero eum adeptus esset: sed ubi periculum coniurationis aduenit:obliti sunt inuidiæ atq; superbiæ.¶ Post fuere:post habita sũt.¶ Igitur:superius ostẽdit:quo modo plæriq; nobiles antea existimauerant pollui consulatum:si noui homines: quãuis ægregii:eum adepti fuissent: postq̃ periculum omnes metuebant: libenter & prompte consulatum Marco Ciceroni manda uerũt:cui collegã adiunxerũt Caiũ Antoniũ:qđ dicit.¶ Igitur:ergo:quando quidem: iam nunc inuidia hoies nobiles nolebant:nouos hoies consulatum adipisci:sed cum intelligebant periculũ: qđ instare:tõẽs curabant patrocinium ciuitatis habere.¶ Igitur:qa postposuerãt inuidiam atq; superbiam.¶ Habitis comitiis:idest congregationibus populi factis ad creandos consules:& dicitur comitium a con & itum eo qđ simul iret populus ad magistratum aliquem creandũ:uel aliud peragendum:& in campo martio cõ ueniebant:& significat comitium:populi congregationem:uel populi electionis magi̅ratum.locum:& tem pus ipsarũ electionũ.¶ Populares:fautores.¶ Primo:in principio.¶ Concusserat:metu terruerat.¶ Neq; tñ cæteri aũt metuebant:sed Catilina magis incitabat.¶ Agitare:pro agitabat.i.cogitabat.¶ Opportunis:bello.¶ Pecuniam:sua fide.¶ Amicorum:qui pro eo spoponderant fœneratoribus.¶ Fesulas. Fesulæ oppidũ est nunc dirutum distans Florentia duobus milibus passuum:cuius Manlius fuit princeps: sicut uidebimus: ¶ Tempestate ea.i.eo tpe.¶ Cuiusq; generis:cuiuscunq; conditionis:uel summæ:mediocris: & infimæ: & hoc est liberos:& seruos.¶ Mulieres ẽt:non solum dicit sibi adiunxisse uiros:sed etiam mulieres:q̃ sibi uidebantur idoneæ ad hanc rem.¶ Quæ mulieres.¶ Stupro:corporis:quia nobiles erant: & forma insignes: iõ a multis petebantur:quapropter multam lucrabantur pecuniam.¶ Aetas.s.senilis.¶ Quæstui.s.lucro.

¶ Cognita causa:quasi ita miraretur:& hoc.¶ Insolentia.i.propter insolẽtiã non tacuit inquam.¶ Sed sub OMNI.
lato auctore.i.tracto:uel sublato.i.alleuato auctore Curio ipso.¶ Ea res.i.illa manifestatio.¶ In primis.i. in BO.
ter primas potissimum res omnes compulit:quia antea multi inuidebant:& ita disturbabant. Hõ nouus dicebat:qui cũ ignobilis esset ꝑ ꝓbitatẽ nouã acquirebat nobilitatẽ.¶ Quamuis ægregius moribus.¶ Prius æstuabat inuidia:sed ubi periculũ &c.¶ Inuidia atq; supbia post fuere.i.post positæ fuerunt: & quia inuidia & superbia cessauere.¶ Igit &c.¶ Comitiis:comitia dicuntur a cometa: quæ stella cũ apparet:mutationem alicuius principis demonstrat:ita in comitiis consules declarabãtur.¶ Quod factum.s. declaratio istorum consulum.¶ Concusserat.i.turbauerat:quidem turbati erant:tamen Catilina non.¶ Fesulas: nomẽ est ciuitatis.¶ Belli:sed coniuratus.C. Ant.tñ nobiles prius asciuit Catilina.¶ Ea aũt tempestate &c.¶ Post ubi.i. postq̃ ætas fecerat.¶ Neq; modum.i.finem qustui.i.lucro:quia in senio nihil luctari poterant.

neq; luxuriæ modum fecerãt: æs alienum grande conflauerant: per eas se Catilina credebat posse seruitia urbana sollicitare: urbem incẽdere: uiros earum: uel adiungere sibi: uel interficere. Sed in his erat Sempronia: quæ multa sæpe uirilis audaciæ facinora cõmiserat. Hæc mulier genere: atq; forma: p̃terea uiro atq; liberis satis fortunata fuit: litteris græcis atq; latinis docta: psallere & saltare elegantius q̃ necesse est probæ mulieri: & multa alia: quæ instrumenta luxuriæ sunt: sed ei cariora semper omnia: q̃ decus aut pudicitia fuere. Pecuniæ: an famæ minus parceret: haud facile discerneres: libidine sic accensa: ut sæpius peteret uiros: q̃ peteretur. Sed sæpe antehac fidem prodiderat: creditum abiurauerat: cædis conscia fuerat: luxuria atq; inopia præceps abierat. Verum ingenium eius haud absurdum: posse uersus facere: iocos mouere: sermone uti: uel modesto: uel molli: uel procaci. Prorsus multæ facetiæ: multusq; lepos inerat. His rebus comparatis Catilina nihilo minus in proximum annum cõsulatum petebat: sperans: si designatus foret: facile se ex uoluntate Antonio usurum: neq; interea quietus erat: sed omnibus modis insidias parabat Ciceroni. Neq;

LAV. VAL. ¶ Neq; luxuriæ: eadem uoluntas libidinis inerat eis: quæ in iuuẽtute fuerat: sed non erat idem quæstus: qui fuerat in iuuẽtute: quia iam grandioris ætatis factæ: formosæ esse disistunt. ¶ Modum: finem. ¶ Solicitare: posse precibus flectere: ut coniurationi fauerent. ¶ Vrbem incendere: hoc est potissimum in capiundis urbibus: nam cum incendium fuerit incœptum: omnes eo concurrũt: & ita mœnia armatis deserta haud difficile capiuntur. ¶ Interficere: si uoluisset coniuratiõi fauere. ¶ Facinora audaciæ uirilis .i. quæ multa facinora sæpe perpetrauerat non ad mulierem: sed ad uiros pertinẽtia. ¶ Asciuisse: coniunxisse: nam asciscere cõiungere significat. ¶ Genere: quia nobili: & patritio genere fuit. ¶ Forma: quia pulcherrima. ¶ Viro: quia senatorio uiro cõiuncta erat. ¶ Liberis: quia uirilem stirpem procreauerat. ¶ Satis fortunata: satis fœlix. ¶ Docta: perita: erudita ¶ Psallere: canere unum psalterium: & est psallere proprie fidibus: canere uero uoce: saltare est in choreis saltationes hominum imitari. ¶ Elegantius: excellentius: præstãtius. ¶ Quam ꝓbæ: q̃ pulcherrimæ conueniret. ¶ Necesse est: opus est: probæ honestæ: & pudicæ mulieri. ¶ Instrumenta luxuriæ: instrumenta sunt luxuriæ canere: psallere: & saltare: quibus adolescentum animi ad libidinem incitantur. ¶ Probæ mulieri: quia non est dedecus mulieri .s. & saltare: & fidibus psallere: atq; uoce canere didicerit: dummodo id mediocriter faciat: sed si lasciuius fecerit hæc omnia iam dedecori sibi esse incipiunt. ¶ Decus: honor. ¶ Pudicitia: castitas: & pudor. ¶ Haud facile discerneres: non facile iudicares: uel dignosceres. ¶ An pecuniæ parceret magis q̃ famæ: idest uicium minoris præcii existimaret famam: an pecuniæ consumptionẽ. ¶ Antehac: antehanc coniurationem. ¶ Prodiderat: quia sæpe promiserat aliquid se facturã: quod postea nõ fecerat. ¶ Prodiderat fidem: idest perfida fuerat: non seruando fidem suam. ¶ Abiurauerat: declarat quomodo fidem prodiderat. ¶ Creditum abiurauerat: depositam & cõmendatam ei rem iureiurando negauerat: nam abiurare est rẽ creditam periurio negare. ¶ Cædis conscia: sibi cõmunicata fuit cædes hominum. ¶ Luxuria atq; inopia: nam quia luxuriæ & uoluptati operam dederat: ideo ad inopiam redacta erat: ut suas cupiditates expleret. ¶ Abierat præceps: ruerat in ruinam. ¶ Haud absurdum: non inconueniens: ut compararet uersus. ¶ Iocum mouere: idest ridicula uerba proponere: & iactare: quibus ad risum sodales mouerentur. ¶ Modesto: moderato. ¶ Molli: suaui. ¶ Procaci: lasciuo. ¶ Multæ facetiæ: multa faceta uerba. ¶ Multusq; lepos. Inter facetias & leporem hoc interest: quia facetiæ sunt breuia quædam eloquia: quibus animi auditorum delectantur: lepos dicitur sermonis expolitio & lautitia quædam. ¶ Nihilominus: quamuis omnia haberet sibi parata ad regnum. ¶ In proximum: in sequentem annum: nam Cicero & Antonius eo anno consules erãt. ¶ Antonio: nam Antonius multis egestatibus oppressus erat: quapropter credebat Catilinam obsecuturum sibi: si consul designatus foret: potius q̃ si priuatus desisteret. ¶ Ex uoluntate: in suam uoluntatem tracturum Antonium. ¶ Interea: donec ad consulatum perueniret. ¶ Quietus erat: non torpescebat ocio. ¶ Omnib⁹ mo. & foris & domi parabat insidias consuli Ciceroni. ¶ Vt q̃uis ille oibus modis sibi pararet insidias.

OMNIBO. ¶ Et nõ luxuriæ: nõ iccirco minus luxuriosæ erãt. ¶ Conflauerãt .i. cõsumpserãt. ¶ Per eas: cã est q̃re eas sciuerat Catilina. ¶ Sollicitare seruitia urbana .i. seruitia urbanoꝝ: q̃ meretrices solẽt desiderare. ¶ Sed in his .i. inter illas: cõtinuatio ẽ: oẽs qdẽ opportunæ erãt: sed ꝓcipue Sempronia: quã describit ad tale negociũ idoneã. ¶ Fortunata uiro: qa honestũ uirum .s. Brutũ hũit. ¶ Psallere: cãtare. ¶ Saltare: tripudiare elegantius q̃ necesse est probæ .s. mulieri elegantius: non decet enim probam mulierem psallere & saltare. ¶ Pecuniæ: an famæ minus parceret .i. indulgeret. ¶ Abiurauerat: cum periurio abnegauerat. ¶ Præceps in præcipitium ducta. ¶ Luxuria: per luxuriam. ¶ Vel modesto: ut pudica matrona. ¶ Vel molli .i. ut puella. ¶ Vel procaci: ut pessima meretrix. ¶ Faceciæ nũeri pluralis tm̃ .i. urbanitates in factis. ¶ Lepos .i. suauitas ad dicta. ¶ His reb⁹ cõpatis &c. Oẽs supradictos adiũxit Catilĩa sibi. ¶ His reb⁹ cõpatis nihilomin⁹: q.d. qa cõsulatũ petere uolebat: ab ĩfestatõe .r.p. cessarẽ dẽbat: sʒ nõ cessabat. ¶ Facile usuꝝ Anto .i. fauore Antõi: q cũ Cicerõe cõsul erat.

Illi:Ciceroni cõsuli. Ad cauẽdũ:ad euitãdas insidias. Dolus:dolus est mali ingenii cogitatio. Astutiæ:astutiæ dicuntur astuti ingenii præsentia consilia:& ab Astu oppido dicuntur:ubi erant homines uersuti:callidi:& astuti. A principio sui consul. Cum primum creatus esset cõsul Cicero. Effecerat per Fuluiã: idest intercessiõe Fuluiæ:cuius illecebris captus tenebatur:ob eam rem nihil ipsi Fuluiæ occultũ esse poterat. Propulerat:impulerat. Pactione, puinciæ:nam conuenerat inter eos: ut prouincia extrema cõtingeret Antonio:quæ nobilior erat:hoc autem fecit Cicero:ut uoluntati Antonii morem gereret: ut ipse urbi ubi periculũ cõiuratiõis iminebat faueret; nã mos erat:ut consules inter se prouincias sortirentur. LAV. VAL.

illi ad cauendum dolus atq; astutiæ deerant. Nam q; a principio consulatus sui:multa pollicendo: p Fuluiam effecerat:ut Q uin. Curius: de quo paulo ante commemoraui:consilia Catilinæ sibi pderet. Ad hæc collegam suum Antonium pactione prouincię propulerat:ne contra rempublicam dissentiret:circum se pręsidia amicorum atq; clientũ occulte habebat. Postq̃ dies comitiorum uenit:& Catilinæ:neq; petitio:neq; insidiæ:quæ consuli fecerat:prospere cessere:cõstituit bellum facere: & extrema omnia experiri: quoniam: quæ occulte tentauerat:aspera:fœdaq; euenerant. Igit̃. C. Mãlium Fesulas:atq; in eam partem Hetruriæ. L. Septinium:quendam Camertem in Agrum picenũ C. Iulium in Apuliam dimisit:pręterea alium alio quem ubiq; opportunum sibi fore credebat. Interea Romæ multa simul moliri:consuli insidias tẽdere:parare incendia:opportuna loca armatis hominibus obsidere:ipse cum tælo eẽ. Item alios iubere. hortari:uti semper intenti paratiq; essent: dies noctesq; festinare:uigilare:neq; insomniis: neq; labore fatigari. Postremo:ubi multa agitanti nihil procedit:rursus intempesta nocte coniurationis principes conuocat per. M. Portium Læcam: ibiq; multũ de eoꝝ ignauia questus:docet se Mãlium præmisisse ad eam multitudinem: quam ad capiẽda arma parauerat. Item alios in alia loca opportuna:qui initium belli facerẽt:seq; ad exercitũ ꝓficisci cupere: si prius Ciceronem oppressisset: cum suis cõsiliis multũ officere. Igit̃ pterritis:ac

Circum se: omnia exponit: quæ faciebãt ad euitandas Catilinæ insidias. Circum se: ad tutelam sui. Amicorum:& maiorum:& patium Clientum minorum:nam clientes dicuntur: qui sub maioris imperio sunt constituti. Dies comitiorũ:dies:ut noui consules declararent. Petitiões:nam cum ipse cãdidatus in campuꝫ martium uenisset:consulatum: q̃uis suffragantibus consciis coniurationis:adipisci non potuit:& passus est repulsam. Neq; isidias: idest cũ nihil contra Ci. moliri posset ad ipsius Cice. perniciem:cum Cice. omnia discuteret astutia sua. Bellum fa. non dolis:aut insidiis rempubli. occupare:sed ui. Omnia extrema:ephexegesis ẽ idest expositio:idest bellum:quod in omnibus extremis geritur. Aspera:iniqua:& est tractũ a montibus:& hoc autem pertinet ad facta. Fœda:absurda:& contra uoluntatem peruenientia & hoc refertur ad nomen suum: idest ad famã. Igitur:quia occulte tentata parũ successerant: & Catilina bellum facere:& omnia extrema experiri constituerat. Fesulas:oppidum non longe a Florẽtia: a quo originem habuisse dicitur Florẽtia. In eam partem Hetruriæ: enim Fesulæ etiaꝫ in Hetruria sũt. Camertem:de Camerino oppido. In agrum picenum: in Marchiã anconitanam. Præterea:scilicet dimisit. Opportunum:idoneum:& conuenientem:ad uim faciendam:scilicet in rem publicam romanam Interea: dum missi in ꝓuincias imposita sibi exequuntur. Consuli:Ciceroni. Incendia: nam duodecim nobilissima loca romanæ urbis incendio delere cõstituerat ipse Catilina. Cũ tælo:in mãibus esse:ut idem. s. cum tælo in manibus esset. Intenti:diligẽtes:parati:ut si occasio offerretur:consulem interficerent. Insomniis:idest uigiliis: & declinatur hæc insomnia niæ. Agitanti:idest cogitanti. Rursus conuocatus:quia superius:ut dictum est:& antea cõuocauerat. Intempesta nocte: media nocte. Per Marcũ Portium Læcam:hic hoc tempore præconis fecit officium. Ibi:in concione eorum. Si prius:quando quidem maturabat coniurationẽ ad exitum perducere Catilina:& solus ei erat:qui sibi:& suis consiliis officeret. Cæteris coniuratoribus. Perterritis:quod necesse esset:consulem uirum tantæ dignitatis:esse tollendum de medio.

Dolus in uerbis:astuciæ in factis:uere non deerat dolus. Nam a principio &c. Ad hæc. i. præter hæc Ecce astutia. Pactione prouinciæ:dederat enim Cicero Antonio:præter sortem suam: reditus cuiusdam prouinciæ:ne contra rẽp. dissentiret. Ecce alia cã Ciceronis ita Catilina uoluit petere consulatũ &c. Postq̃ dies:idest terminus petendi uenit. Aspera:quantum ad insidias. Q uæ non bene procedebant. Fœda quã tum ad repulsam:qua nihil fœdius. Item bellum facere statuit:igitur quæ bello erant necessaria præparabat Alio:aduerbium:idest ad alium locum. Intempesta nocte. Nox dicitur intempesta:non quia caret tempore. Sed quia tempore noctis actiones humanæ non possunt distingui sicut tempore diei. Eum:scilicet Cicerõnẽ. Officere:idest nocere. Domi suæ:idest in domo sua aduerbialiter:quia domi sit nomẽ ostenditobliquus casus intransitiue adiunctus. OMNI BO.

LAV. VAL. Dubitantibus:q̄ dubitabant consulem interficere:cum eum astutissimum ad cauendum cognoscerent. Eques:qa equestris ordinis ciuis erat. Operam pollicitus:se suscepturum hãc ꝓuinciam de interficiẽdo consule. Ea nocte:qua hæc acta fuerũt a Catilina cum coniuratoribus. Paulopost.s. aduentante die:qa nocte intempesta habitum fuerat consilium. Salutatũ:quia uisitandi gratia. Confodere:trucidare. Introire:intra domum Ciceronis ire. Imparatum:improuisum:qui nihil tale putabat: & ob eam rem facile confodi poterat. De improuiso:ex arbitratu. Quintus Curius princeps coniurationis. Quantum periculum:quia periculum capitis:quod factũ fuerat per Fuluiam:qa Fuluiam misit ad Ciceronẽ q̃ referret quid factũ esset aduersus eũ. Enunciat:nam declarauit consilium cõiurationis Curius. Prohibiti:remoti. Tãtum facinus.s.cõsulem interficere. Interea:dum Catilina Ciceronem ꝑsequitur. Plæbem:Hetruriæ. Sollicitabat ad coniurationem cõtra remp.Ro. Nouarꝫ reꝝ.i.cupidam nouare res. Egestas:egestas solet hoĩes ad ingentia scelera facilius inducere. Amiserat plæbs.s. Hetruscoꝝ. Quod Syllæ.Ostẽdit:quænã esset iniuria Hetruscoꝝ a Ro. Bona:cum iam remp.teneret Sylla ꝓscriptiones fecit locupletum militibus suis:sed præcipue bona Hetruscorum ꝓscripsit:itaq̃ agros: & bona eorũ militibus diripienda dedit. Præterea:præter hos. Cuiusq̃ generis: cuiuscunq̃ conditionis:siue serui:siue liberi essent. Latrones:qui latrocinio uiuebant. Magna copia:eo q̄ Hetrusci assueti erãt propter Syllanam uictoriã. Ex Syllanis colonis:ex illis:qui amici fuissent Syllæ.Nam Sylla uictores incolas oppidorum Hetruriæ expulit:& Romanos:qui suis ꝑtibus fauerant:in ea oppida misit.Colonia autẽ dicitur:cum maiores ciuitatis ciues i minorem habitandam mittuntur. Quib᷒ li.ostendit ẽt hos fuisse opportunos:qui ad coniurationẽ facile incitarẽtur. Quibus.s.colonis. Libido: pro aliarum rerum uoluptate:& cibi & uestitus. Luxuria.Hic ponitur luxuria pro incontinentia:& impudicitia corpis. Nihil reli.i. consumpsit cuncta. Ea cum.i.Catilinam: incendia urbi:& ipsi Ci.cædem parasse: & Manlium omni ratione copiã cõiurationis auxisse. Ancipiti.i. duplici:nam anceps duaꝝ rerum dr̃:quia & urbi & ꝓuinciæ succurrendũ erat:quod ipse declarat. Priuato sui ipsius consilio.Ci.ad hoc tẽpus remp.tm̃ consilio tutatus fuerat:sed ulterius tutari nõ poterat:nam in peius uergebat. Longius:diuturnius. Quãtus eẽt:quãtas copias hẽret Manlius. Quo consilio:an ipsi oẽs essent irati populo Ro.uidelicet:an ipsi uellẽt rẽp.inuadere:aut aliud qppiã facere. Exagitatam:diuulgatam. Rumoribus:qa oĩa hæc alius alii referebat. Itaq̃:cũ hæc retulisset consul in senatu de rep. Atroci negocio.i.cũ aliquod periculum maximum imminẽt reipu. Darẽt opam:laborarẽt. Ne quid de tri.oĩa curarẽt cõsules:q̃ utilia eẽnt reip. Ea ptãs:quã statim dicã. More Ro.ꝯm cõsuetudinem Romanoꝝ. Magistratui:consulibus:uel aliis impatoribus. Bellum gerere: indicere bellum:qbus libuerat. Coercere:in bel'a ad noia dãda:qui functi eẽnt militia:uel alia rõne.

dubitantibus cæteris. C. Cornelius eques romanus operam suã pollicitus:& cum eo.L. Vargũteius senator constituere ea nocte paulo post cũ armatis hominibus:sicuti salutatũ:introire ad Ciceronẽ:ac de improuiso domi suæ imparatũ confodere.Curius:ubi intelligit:quantũ periculũ cõsuli impendeat:ꝓpere per Fuluiã Ciceroni dolum:qui parabat:enunciat:ita illi ianua ꝓhibiti tantũ facinus frustra susceperant. Interea Manlius in Hetruria plæbem sollicitare egestate:simul ac dolore iniuriæ nouarũ rerum cupidã:q̄ Syllę dominatione agros:bonaq̃ oĩa amiserat. Præterea latrones cuiusq̃ generis:quoꝝ in ea regiõe magna copia erat:nõnullos ex Syllanis colonis:quibus libido atq̃ luxuria ex magnis rapinis nihil reliqui fecerant. Ea cum Ciceroni nũciarentur: ancipiti malo permotus:q̄ neq̃ urbem ab insidiis: priuato cõsilio:longius tueri poterat:neq̃ exercit᷒ Mãlii quantus:aut quo consilio foret.satis compertum habebat.rẽ ad senatũ refert.iam antea uulgi rumorib᷒ exagitatam.Itaq̃:qđ plerũq̃ in atroci negocio solet fieri.senatus decreuit.ut darent opam cõsules.ne qd respu.detrimẽti capet.Ea ptãs per senatum.more Ro. magistratui maxima pmittitur.exercitũ parare.bellum gerere.coercere omnib᷒ modis socios ac ciues.domi militiæq̃ iperiũ

OMNI. BO. Salutatum.Quadã familiaritate solebãt antiquitus potẽtes salutari in mane:& in uespere. Impẽdeat.i. instaret: & immineret:& quia nunciatum est per Fuluiam:ita illi ꝓhibiti sunt a ianua:& non potuerunt intrare ad Ciceronẽ:& ita frustratum est scelus eorum:ita Catilina habuit se Romæ. Interea Manlius &c. Cupidam rerum nouarũ:egestate ac simul dolore iniuriæ:quia egestas & iniuria sibi ex Syllano pꝛouenerant: imperio:& hoc est qđ dicit. Dominatiõe Syllæ:Sylla.n.expulsis Romanis:bona illorũ dedit militib᷒ suis Libido atq̃ luxuria:in coitu luxuria:in uictu & uestitu libido dicitur. Ancipiti.i.dubio:anceps:q̄ ex utraq̄ parte læditur:ut intra urbem:& extra urbem:itaq̃ ad senatum retulit:dixit itaq̃ senatus: ut uideant consules:ne respu.detrimẽtum patiat̃:& hoc facto. Ea potestas permittit̃ maxima magistratui.i. consulibus.s. exercitum parare:& per populum:quia aliter sine iussu populi nulli consuli ius est.i.potestas. Earum rerum parandi exercitum:prodigia in extis portenta in satis:alii nunciabant.

Iudiciū summū capitale:pœnā:cum essent in castris impatores licebat eis quemq̄ noxium capite:uel alio supplicio afficere:sed in urbe nihil tale pmittebat:nisi hoc decretū factū fuisset. Earum rerum: hæc supra scripta facere possent. Sine iussu:hoc dixit:sine iussu populi:qa decernebat Senatus:populus postea iubebat. Post paucos:nunc respondit qūo coniuratio sit patefacta:post paucos inqt dies:qbus hæc decreta sūt a senatu & iussu populi. Fesulis. Hēbat Lu. Seruius aliquos Fesulis:uel hospicio:uel affinitate cōiunctos:q ipsum monuerunt litteris oīa:q parauerat. C. Manlius. Cœpisse:prius fecerat cōuētus pnitiosoꝝ hoīum nūc uero oēs armis instruxerat:ut iā exercitū haberent. v. kal. nouēb. ante sextū diē principii nouembris. Portenta & pdigia. Differentia ē īter portentum & pdigium:nam portētum dr: quasi porro tendens:& est illud:quod rem futuram significat:sed pdigium dr. quasi procul ad agendum:quod rem præsentem demonstrat: & statī expiandum est. Conuentus: congregationes hoīuꝫ fieri. s. Capuæ:i urbe Cāpana. Igit:qn̄ qdem tot & tanta infensa reipu. Ro. gerebant: & coniurationes non solum Romæ:sed in oī prouincia parabantur. Martius Rex: post exactos reges infestum & odiosum regium nomen erat & nullū regium nomen in urbe remanserat:sed Numæ quædam sacra īstituta erant: quæ a regibus tantūmodo celebrarentur:ergo ne uiderentur ea numina lædi:si ab aliquo qui rex non eēt sibi sacrificia fierent:Ro. constituerunt sacerdotium:cui qui præerant:reges appellarentur:& sacra celebrarent ea:q̄ solebant fieri a regibus:anteq̄ expellerentur. Igit reges erant noīe:non aūt potestate:& hic Martius huic sacerdotio pērat: cum Fesulis missus esset regio decore. Creticꝰ cognomen est:& hic est pulchra prolepsis:& dictus est creticus ab euentu:eo φ Cretem deuicerat. Ea loca:uidelicet in Lucanos: & in Brutios. Vtriq; enim:& quia posset dicere aliqs:cur mittebant priuatos hoīes in hæc loca:nōne conuenientius erat mittere priores impatores? dicit φ imperatores deuictis & debellatis prouinciis suis impediebantur falsis accusationibus:ne triūpharent aliquorum:quia cōtra ius & fas omnia uenalia hēbāt:qobrē ad hæc loca missi non sunt.

atq; iudiciū sūmū hre:aliter sine populi iussu: nulli eaꝝ reꝝ cōsuli ius ē. Post paucos dies. L. Seruiꝰ senator in senatu litteras recitauit:quas Fesulis allatas sibi dicebat:in qbꝰ scriptū erat. C. Mālium cœpisse arma cū magna multitudine ante diē. v. kal. nouēb. simul id:qđ in tali re solet: alii portēta atq; pdigia nūciabāt:alli cōuētus fieri: arma portari Capuę:atq; in Apulia: seruilia seruile bellū moueri. Igit Senatus decreto. Q. Martius Rex Fesulas. Q. Metellus creticus in Apuliam: circū ea loca sunt missi:utriq; n. ad urbē impatores erāt ipediti:ne triūpharēt calūnia paucoꝝ:qbꝰ oīa hōesta:atq; ihōesta uēdere mos erat. Sed ptores. Q. Pōpe. Ruffus Capuā. Q. Metellus celer in agrū picenū. Hisq; permissum uti p tpe: atq; periculo exercitum cōpararent. Ad hæc si qs indicauisset de coniuratione:q̄ cōtra rempub. facta erat:pmia decreuerunt: seruo. c. sestertia: & libertatē: libero impunitatem eius rei:& . cc. milia sestertia. Itemq; decreuere uti gladiatoriæ familiæ Capuam: & in cætera municipia distribuerent p cuiusq; opibus Romæ per totam urbem uigilię haberentur:iisq;

Vtriq;. i. uterq; impator:& pluralē ponit p singulari p figurā synthesim. Impatores. s. Q. Pōpe. qui Indiā debellauerat:deuicerāt. n. & cupidi suaꝝ reꝝ deserebāt rēp. Erant ad urbē:idest in urbem. Calūnia: falsa accusatiōe:inde calūniatores. Mos:cōsuetudo. Omnia honesta ī homine:quia per fas & nefas uolebant consequi largitiones. Sed prætores sunt missi. Hisq; permissum:īperatores semper exercitibus recedebant ad urbē Ro. sed quia necessitas periculi festinationem optabat:concessum est:ut exercitum:quem admodū tēpus:atq; bellū sibi exhibere uideretur. Pro tēpore:pro qualitate tēporis. Pro periculo:secundū exigētiā belli. Indicauisset:manifestasset. Sestertia. Sestertiū genus est ponderis:quo utebant Romani. Sestertium dicitur quasi semistertium:dupondius. n. & semis antiquum est sestertiū:dupondius uero a duobus ponderibus dictum est. Pondus est autem unū assis pōdiū:aut est unius libræ pōdus: sequit ergo: ut sestertiū sit duaꝝ libraꝝ cū dimidia. Gladiatoriæ fami. idest qui gladiis dimicabant in ludis. Distribuerentur:idest omnes illius familiæ:quæ gladiaturæ operam dabant:mitterētur ex urbe in municipia:nā huiusmodi hoīes solent facile ad quæq; facinora impelli:tum propter egestatem:tum φ parui uitā suā facere solent. Pro opibus cuiusq;:p facultate uniuscuiusq;:secūdū cēsum.

Bella seruilia moueri Capuæ apud Capuā. Atq; in Apuliā. In Apulia. n. serui soluti erāt ab ergastulis:ut bellū mouerēt. Igit:qn̄ qdē talia nūciabāt:igit missi sūt:q eos reprimerēt:& hoc ē. Senatꝰ decreto. i. fm decretū senatus:una ps:uel duæ. Q. Martius rex. hic ē pprīū nomē. Vtriq; iperatores. s. Quintus Martiꝰ & Quintus Metellus erāt ipediti. Ad urbē. i. ante:ne triūpharēt:& hoc calūnia. i. pp calūniā paucoꝝ. i. falsam accusationē si qdē isti triūphū meruerūt. Sed pauci in urbe erāt:q ipediebāt:ne triūphare possēt:uel aliter æqliter mittebāt hi duo. s. Cicero & Antoniꝰ. Ad hæc tādē:qa utriq;. s. Cicero & Antoniꝰ ipatores erāt Ad urb. i. ut urbi puiderēt:nec calūnia paucoꝝ. i. paucoꝝ calūniātiū:& ipedietiū rēp. triūpharēt. i. uictoriā obtinerēt. Sed ptores &c. Q. d. q̄liter pmittit:postea exeqtur p ptes:& partitionē facit. Gladiatoriæ familiæ. i. familiæ seruientiū. q prompti erāt in gladiatura. Quidā locus erat Romæ sic dictꝰ Gladiatura.

LAV. VAL.

OMNIBO.

LAV. VAL.

¶Minores.s.quæstores:& ædiles his nocturnis uigiliis.¶ Quã:quas res:scilicet lasciuiam & lætitiam.¶ Immutata:quia status ciuitatis est permotus.¶ Ex suma:declarat quomodo sit mutata ciuitas.¶ Repête:subito.¶ Inuasit:incessit:aggressa est.¶ Diuturna quies:longum ocium.¶ Festinare:pro festinabant Romani.i.accelerabant.¶ Trepidare:pro trepidabant:trepidatione plena ciuitas erat.¶ Cuiq̃ : quia nesciebant:an ille esset in coniurationibus:gerere bellum nesciebant:quo consilio gereretur:non a bello cessabant.¶ Habere pacem :nam q̃uis bellum non gererent:tamen uidebant copias hostiles aduersus remp.paratas:quapropter pacem non habebant.¶ Suo metu : secundum naturalem metum:nam qui timidior erat:maiora pericula instare credebat.¶ Mulieres: quæ naturaliter timidiores sunt :q̃ uiri.¶ Magnitudine reip.ad eam magnitudinem imperium Roma. ascenderat:ut multæ gentes sibi bella inferre auderent.¶ Timor insolitus:quanto magis insolitus erat timor:tanto magis mulieres timebant.¶ Incesserat.i. quas mulieres timor inuaserat.¶ Afflictare:idest cruciabant.¶ Supplices ipsæ mulieres:quod supplicantis signum.¶ Misereri pro miserabantur:& differt inter miseror aris:& misereor eris:q miseror aris semper construitur cum accusatiuo:ut hoc loco:& alibi. Causã miseratus acerbam:miseror autem construitur cũ genitiuo uel datiuo.¶ Rogitare:scilicet deos p̃cibus:ut uellent patriam seruare.¶ Pauere : pro pauebant:idest timebant:& proprie dixit : nam pauere est subito casu trepidare.¶ Omissis zeuma est.¶ Sibi patriæq diffidere: idest desperabãt de salute sua patriæq suæ.¶ Eadem:illa quæ incœperat prius.¶ Præsidia parabantur:aduersus coniurationem suam.¶ Lege plautia:idest lege Plautii:qui legem tulit aduersus coniuratores: ut ipsi responderent:si quis coniurationis accusatus fuisset omnibus:quæ sibi obiicerent.¶ Lucio Plau.s.tribuno plæbis.¶ Postremo : deniq detinebatur :ne respõderet lege plautia his criminibus:q̃ sibi obiiciebant:sed tandẽ coactus in senatum uenit.¶ Dissimulanda:dissimulare est: tegere quod est:sicut Catilina : qui tegere uolebat coniuratiõem:quam parauerat.¶ Sicut iur. quasi foret prouocatus cõuitio : quod sibi Mar. Ci.iniuste obiecisset.¶ Tum.cum in senatum uenisset Catilina.¶ Eius p̃sentia:timens ne sua uitia atq flagitia patribus conscriptis incognita eẽnt:& ipsi Catilinæ præstaret opportunitas:ut ip̃m Ciceronẽ grauis cõsuleret.¶ Luculentã:splendidam:& magnificam.¶ Perutilẽ:quæ multũ p̃fuit reipublicæ:quæ in maximo discrimine uersabatur eo tempore.¶ Quam postea:primo quidem eam recitauit coram senatoribus:sed postea eam inscriptis edidit : ut omnes legere possent.¶ Sed ubi ille:mos erat:ut cum de aliqua re consulendum esset :unus interrogaretur : & ita ille primus sententiam suam diceret:deinde dicta sentẽtia sedebat:postea secundus idem faciebat:& omnes illi per ordinem respondebant et inde sedebant:ita Cicero perorata oratione sedit.¶ Ille.M.T.Ci. Ad omnia dissi. quia uenerat paratus:ut omnia dissimularet:quæ sibi obiicerentur.¶ Voce sup.i.oratiõe plena commiserationis.¶ Temere:inconsulte:sine causa.¶ Vitam instituisse:bonis institutionibus uitam suam prouexisse:ut de ipso bona omnia sperare possent.

minores magistratus præessent. Quibus rebus pmota ciuitas:atq̃ imutata urbis facies erat:ex summa lætitia atq lasciuia:quam diuturna quies peperat:repente omnis tristitia inuasit:festinare: trepidare:neq loco:neq homini cuiquam satis credere: neq bellum gerere:neq pacem habere : suo q̃sq metu pericula metiri. Ad hęc mulieres:quibus reipu.pro magnitudine belli timor insolitus incesserat:afflictare sese:manus supplices ad cælum tendere:miserari paruos liberos:rogitare deos: omnia pauere:superbia atq delitiis omissis : sibi patriæq diffidere. At Catilinæ crudelis animus eadem illa mouebat :tametsi præsidia parabantur. Et ipse lege plautia interrogatus erat a Lu.Paulo. Postremo dissimulandi causa:& sui expurgãdi:sicut iurgio lacessitus foret:in senatũ uenit. Tum.M.Tullius consul:siue præsentiam eius timẽs:siue ira cõmotus orationem habuit luculentam:atq utilem reipublicæ:quam postea scriptam edidit:sed ubi ille adsedit: Catilina:ut erat paratus ad dissimulanda oia:demisso uultu:uoce supplici postulare a patribus cœpit:ne quid de se temere crederent:ea familia ortum:ita se ab adolescentia uitã instituisse: ut oia bona in spe haberẽt. Neq existimarent sibi

OMNI. BO.

¶Quibus rebus permota ciuitas &c.urbis facies.i.qualitas urbis erat.¶ Immutata:nam ex sũma lætitia mẽtis:atq lasciuia corporum:quæ duo peperit diuturna quies.¶ Quisq metiri:idest metiebatur pericula: suo metu:nam sicut quisq magis erat timidus:maius existimabat periculum.¶ At Catilinæ crudelis anim⁹&c. Tantus erat metus in urbe.¶ At Catilina crudelis eadem mouebat : quæ antea : idest ita perturbabat:sicuti prius:dum res fuit in occulto .¶ Tã & si:idest quãuis præsidia parabantur a Romanis cõtra ipsum:unde deberet cessare lege Plautia.Lex plautia erat:ut si quis suspectus esset aliquid machinari contra rempublicam. aliqua nobilis & præpotens persona ipsum super hoc interrogabat:& cogebatur uenire in Capitollum :& ibi negare uel affirmare.¶ Dissimulãda omnia:scilicet negandi:sed quia multa negantur:quæ non purgantur:ideo subiungit & sui expurgandi.¶ Præsentiam eius:scilicet Catilinæ : orationem habuit luculentam: idest lucidam a luce.¶ Temere:idest falso.

¶Patricio nobili.¶ Cuius ipsius:Catilinæ opus esse:per utile sibi fore rẽpu.prodi.¶ Inquilinus:peregrinus: nam inquilinus ciuis dicitur:qui de peregrina ciuitate in aliam urbem ascitus fuerit:sicut de Arpino municipio in urbem Ro. ascitus fuerat. M.T.Ci. ad hoc:q; dixerat ciuem esse peregrinum Ciceronem:sed mihi magis placet:ut legatur homo nouus.¶ Adderet his supradictis.¶ Maledicta:in Ciceronem.¶ Obstrepere conclamabãt.s.Catilinam parricidam:qui patriam perdere uellet.¶ Furibundus:furore plenus.¶ Agor:agitor.¶ Incendium meum: idest uos tuere faciam: & ita odium & incitationem: quam de me suscepistis deponere cogã:& est trãslatio sumpta ab ædib⁹ nã cũ ædes accensa fuerit: si fuerit cõtinuo incẽdium extinguitur.¶ Ibi:domi suæ.¶ Voluens: cogitans.¶ Consuli.s.facto quem interficere parauerat.¶ Munitam:defensam.¶ Vigiliis:custodiis nocturnis.¶ Optimũ factu:optimum est cõsilium.¶ Exercitum:Manlii.¶ Legiões: milites: nam legio continet sex milia:sexcentos:& sexaginta sex milites.¶ Describerent a Romanis cã supplẽdi suos exercitus.¶ Antecapere: præuenire:præoccupare.¶ Vsui:utilitati: multa consilia communicare uolebat Manlio:& postea decernere:qua ratione potissimum gererent bellum. ¶ Nocte intempesta:in media nocte:nox intempesta dicitur media noctis pars:quo tpe nihil geritur:eo tpe occioso:ideo tempore occioso: iõ sine tempore esse uidet: quapropter intempesta sine tempore dicta est.¶ Manliana.i.Manlii: na; a Manlio fit mãlianus liana nũ possessiuum: sed anteq recederet ex urbe Cæthego Lẽtulo coniurationis huius cõsciis.¶ Cæteris: quorum cæteris:qui audaciores erant.¶ Mandat:committit. ¶ Opes:uires.¶ Confirment:corroborẽt.¶ Maturent:properent:festinent:accedant.¶ Cædem scilicet senatorum.¶ Incendia.s.urbis.¶ Alia faci.s.rapinas:adulteria:stupra: proscriptões ciuiũ. ¶ Geruntur.s. a Catilina:& etiam a cõsule.¶ Ex suo numero:ex hominibus sui exercitus.¶ Martium regem:qui imperator erat in agro piceno. ¶ Regem sacrorum sacerdotes:qui sacrificuli reges appellabantur.¶ Deos homines: hæc est epistola:quã legatis misit Mãli⁹ ad Martiũ sacroꝝ regem:sed tunc erat impator.¶ Per deos testor. per deos:& homines iuramus.¶ Neq; quo aliis ut nos aliorum salutem impugnaremus: sed ut nos iniuria eriperemus.¶ Nostra:idest nostrum:qui & cætera.¶ Miseri: calamitosi.¶ Egentes: rebus omnibus necessariis carentes. LAV. VAL.

patricio hoi:cuius ipsius: atq; maiorum plurima beneficia in plebẽ ro.eẽnt: pdita rep.op⁹ eẽ:cum eã conseruaret.M.Tulli. hõ nouus:ad hæc maledicta:alia cum adderet:obstrepere oẽs hostem & parricidam uocare. Tum ille furibundus. Q ñ qdem circumuẽtus inqt ab inimicis præceps agor: incendium meũ ruina uestra extinguã. Deinde se e templo domũ proripuit:ibi multa secũ uoluens q, neq; insidiæ consuli procedebant:& ab incẽdio intelligebat urbem uigiliis munitã:optimũ factu credẽs exercitũ augere.ac priusq legiones describerent:multa antecape:ea q bello usui forẽt. Nocte intẽpesta cum paucis in manliana castra pfectus ẽ. Sed Cæthego atq; Lẽtulo.cęterisq;.quoꝝ cognouerat pmptã audaciã mãdat.qb⁹reb⁹ possent.opes.factiões.cõfirmẽt.insidias cõsuli maturẽt.cædẽ.incẽdia.aliaq; belli facinora parẽt.& sese ppediẽ cũ magno exercitu accessuꝝ ad urbẽ.Dũ hæc Ro.gerunt.C.Mãlius ex suo numero legatos ad.Q.Martiũ Regẽ mittit cum mãdatis huiuscemoi. Deos hoiesq; testamur ipator:nos arma neq; cõtra priã cępisse.neq; quo piculũ aliis facerem⁹:sed uti corpa nr̃a ab iniuria tuta forẽt.q miseri egẽtes:uiolẽtia:atq; crudelitate fœneratoꝝ plærisq;

¶Patricio homini:patricii uocabantur:qui erant patres ciuitatis.¶ Perdita repu.opus esse.i.perditionis reipu.præsertim cum habent bonum custodem:& hoc est ironia:cum seruaret eam.q.d. inquilinus ciuitatis: inquilinus ciuis dicitur quilibet aduenticius:assiduo tñ & frequenti incolatu ciuis efficitur.¶ Obstrepere.i. obstrepebant.¶ Parricidam.i.proditorem patriæ:& hostem inimicum publicum.¶ Præceps agor.i. cogor & compellor:& est mentis:& nõ corpis.¶ Extinguam incendium uestra ruina:uel tractũ est ab igne:qui cũ præmitur uires amittit:& cũ eleuatur uires resumit.¶ Procedebant.i.ad bonum euentum pueniebant.¶ Cõsuli.i.contra cõsulem.s.Ciceronem antecapere.¶ Præparare:nocte intempesta.Intempestam dicit noctem: quia non ita tempora diei discernimus.¶ Opes factionis:auxilia coniurationis.Factio dicit maloꝝ cõsensus in aliquo scelere.¶ Propediẽ una dictio.i.cito.¶ Dũ hæc gerũt &c.¶ C.Mãlius:quem Catilina ad parãdum exercitum Fesulas miserat.¶ Ex suo numero.i.ex his:quibus fuit.¶ Ad Manlium regem:de quo superius dixit:quia senatus eum Fesulas miserat:contra Manlium:quem cum primum Manlius intellexit aduenisse:misit ei litteras:quas ibi ponit auctor dicens.¶ Deos hominesq; testamur.Hæc oratio.C. Manlii partim est excusatoria:& partim supplicatoria:imprimis enim se excusat:q; arma non cæpit ad reipu. repugnationem:sed ad corporis sui defensionem:postea supplicari intendit:ubi ab ipso consilium requirit:statim & in principio captat ipsius beniuolentiam dicens.¶ Imperator &c.¶ Quo.i.ut corpora nostra: idest nostrũ: nostrũ dico.¶ Qui miseri &c.¶ Violentia atq; crudelitate fœneratoꝝ:hic captat beniuolentiã a persona aduersariorum:ducendo eos in festinationem & odiũ:& per hoc dicit:eos uiolentos & crudeles: utrũq; pbat:uere uiolentia est nobis illata:quia plærisq; OMNIBO.

LAV. VAL. ¶ Patria: nota constructionem: quia dicere solemus: exps huius rei. Salustius hoc loco aperte dicit expertes patria: fortunis &c. ¶ Fama pro fortuna: quia infames habiti sumus: & rebus nostris expoliati. ¶ Cuiq̃ nostrum: non licuit: ut causam nostram diceremus apud iudices. ¶ Patrimonio amisso: amissis rebus nostris: nam patrimonium dicitur ea pecunia: quæ a patre filiis traditur: unde a patre patrimonium est appellatum ¶ Sæpe maiores: probat exemplis: se id petere a patribus: quod superiori tpe plæbi concessum fuerat. ¶ Miserti: ecce misereor cum genitiuo. ¶ Decretis senatus consulti: nã decretum & consultum senatus idem sũt. ¶ Opitulati sunt: subuenerũt. ¶ Ac nouissi. nr̃a memoria: hoc factum ẽ quod iste dicit. Nam pp bella ciuilia Marii & Syllæ plæbs Ro. adeo pecunia exhausta erat: & ære alieno grauata: ut fœneratoribus satisfacere non posset: igitur senatores miserti inopiæ eius decreuerunt: ut ex ærario publico persolueretur fœneratoribus. ¶ Nouissime: pauloãte. ¶ Ex cõi ære: ex ærario solutum: scilicet fœneratoribus. ¶ Omnibus bonis: ex uoluntate omnium bonorum argẽtum: quod solũi non poterat a priuatis hominibus. ¶ Sæpe ipsa: facit argumẽtum: si plæbs a patribus secessit: ut imperium ipsa haberet simul cum patribus: cur id quoq̃ nobis facere non licet libere uiuendi causa. ¶ Superbia magistratuũ: quia ipsi insolentiam consulum pati non poterãt. ¶ Secessit: sicut in sacrum montẽ: quod habetur plane apd Ti. Liuium primo libro. ¶ At nos: ecce argumẽtum: si plæbs dulcedine imperii a patribus secessit: idẽ nobis facere causa libertatis liceat. ¶ Quarum rerum. s. diuitiarum: & imperii. ¶ Bella: q̃ publice inter populos & ciuitates fiunt. ¶ Certamina: quæ inter ciues suscitantur: ergo bellum ꝓpter imperium: certamina ꝓpter diuitias: ut sunt certamina fori non petimus. ¶ Nemo bonus: nemo strenuus patitur libertate carere: nisi uitam amiserit. ¶ Te Martium: regem: imperatorem. ¶ Obtestamur: rogamus. ¶ Consulatis: ꝓuideatis ¶ Legis præsidium: ut possimus cãm nr̃am agere: uindictæ dandæ erant ẜm libertatem: hic modo fideiussiõem facio huic ita: ut liber sit: donec uisum fuerit: an ille soluere debeat: an non ¶ Quonam modo. Cũ multis antea exitio fuimus: postea pareamꝰ. ¶ Ab armis: disciplina: deponite arma: deĩde supplices senatũ petite. ¶ Ut nemo: ut nunq̃ incassum auxilium & opem a senatu populoq̃ ro. quisq̃ petierit. ¶ Ex itinere: cum mitteret ad Mãlium litteras: quæ cõtinebant hoc: quod sequitur. ¶ Criminibus: accusatoribus. ¶ Circũuẽtũ: oppressum: obsessum. ¶ Factioni: potentiæ & opibus.

patria: sed omnes fama atq̃ fortunis expertes sumus. Neq̃ cuiq̃ nr̃m licuit: more maioꝝ: lege uti neq̃ amisso patrimonio liberꝝ corpus hr̃e: tãta fœneratorũ sæuitia: atq̃ ꝑtoris fuit. Sępe maiores nostri miserti plębis romãæ decretis suis inopię eius opitulati sunt: ac nouissime mẽoria nr̃a: pp magnitudinẽ æris alieni: uolẽtibꝰ oĩbus bonis: argẽtum cõi ære solutũ est. Sæpe ipsa plębs: aut dominãdi studio ꝑmota: aut supbia magr̃atuũ armata a prĩbus secessit. At nos non imꝑium: neq̃ diuitias petimus: quarum rerum cã: bella atq̃ certamina oĩa inter mortales sunt: sed libertatem: quã nemo bonus: nisi cum aĩa simul amittit: te atq̃ senatum obtestamur: ut cõsulatis miseris ciuibus: legis ꝑsidium: qd̕ iniq̃tas ꝑtoris eripuit: restituatis: neue eã nobis necessitudinem imponatis: ut q̃ramus: quonam modo maxime ulti sanguinẽ nostrũ: pereamus. Ad hæc. Q. Martius respõdit: si qd ab senatu petere uellent: ab armis discedãt. Romã supplices ꝑficiscantur. Ea mansuetudine atq̃ misericordia. S.P.Q.R. sp fuisse: ut nemo unq̃ ab eo frustra auxilium petiuerit. At Catilina ex itinere plærisq̃ cõsularibꝰ: ꝑterea optimo cuiq̃ litteras mittit: se falsis criminibus circũuẽtũ: quoniam factioni inimicorum resistere nequerit: fortunæ cedere

OMNIBO. ¶ Patria exptes sumus. i. exilio damnati: q̃ plærisq̃ patria: sed omnes exptes sumus. i. priuati fama: nam bonam famã perdidimus. ¶ Atq̃ fortunis: nã res nostras amisimus: probata uiolentia: probat crudelitatẽ dicẽs. ¶ Cuiq̃ nostrum &c. uere non licuit uti lege: qa nõ licuit corpus habere liberũ: amisso patrimonio: lex si quidem erat: q̃ si aliquis ad tãtam paupertatem redigeretur: q̃ debitum psoluere non posset: facto clamore a prætore: bona ipsius publicarent: modo uero ad tantam deuẽtũ erat auaritiam: uel crudelitatẽ: q̃ multi patria priuabantur: multi in seruos redigebãt. ¶ Sæuitia feneratorum: qui cõqueruntur. ¶ Et prætoris: per quem coguntur. ¶ Sæpe maiores: ecce ostendit: q̃ dixerat more maiorum. ¶ Opitulati sunt. i. opem cõtulerũt: nam ante uidetur remouere: q̃ dixerat. ¶ Sæpe: subiungit. ¶ Ac nouissime in memoria nostra: æs commune. i. de cõmuni ærario. ¶ Omnibus bonis uolentibus. i. annuentibus. ¶ Sæpe ipsa: posset aliquis dicere: nõ est mirum: si maiores nostri succurrebant: quia nobilitata plæbs erat in omnibus obsequens & subiecta hoc remouet dicens. ¶ Sæpe ipsa plæbs &c. ¶ Ut quæramus. i. quonam mõ pereamus. ¶ Sed tamen ulti sanguinem nr̃m. q. d. de morte puipẽdimus: si tm̃ mõ nos ulciscamur. ¶ Ad hæc. i. ad has lr̃as Mãlii. Q. Marciꝰ res. &c. ¶ Ut ab armis discedt. i. ut arma deponãt: & iõ nos supplicẽt. Et Catilinæ tales Mãlius mittebat lr̃as ¶ At Catilina tales: nã cũ recta uia tẽderet i mãliana castra: qbus tñ mãdauit: se potius ire in exiliũ. ¶ Cõsularibꝰ. Cõsulares dicũt: q uel habuerũt: uel digni sũt cõsulatu. ¶ Cædere fortunæ. i. aduersitati fortunæ. Nã s. hac de cã. ¶ Quo. i. qa eẽt cõscius sceleris. i. cõiuratiõis: sed uti ipso abñte resp. magis qeta foret. At his istis qdẽ falsas miserat lr̃as. at. Q. Catulo misit ueras: & hoc: sed & ab his longe diuersas. ¶ Exẽplum eaꝝ &c.

Aruum ego. In exordio hui⁹ orationis captat beniuolentiam Micipſa a perſona ſua:cum oſtendit: qualis fuerit ĩ Iugurtham. Sine ſpe:ſine opibus:qa Maſſiniſſa au⁹: ut ſupra dixi:Iugurtha; priuatum reliquit: quia natus erat ex cõcubina. Si genuiſſem: quãdo Micipſa Iugurtham paruum accæpit in domu; ſuam:nondum filios genuerat:& ideo dicit: q̃n te paruum accæpi in domum mea;: exiſtimaui me:ita charũ tibi fore:ſicuti filiis:ſi filios genuiſſem. Neq; ea res falſum me habuit: ideſt: neq; ea res me decepit:quia ſemper me charum habuiſti:& non fefelliſti opinionem mea;. Et nũc captat beniuolentiam a perſona auditoris:ideſt a perſona Iugurthæ:cum quo loquitur:quia pietatem erga ſe cõmemorat: & præclara facta ei⁹. Nam ut alia. Ecce cauſam reddit:quare iugurtha non fefellit opinionem ſuam: quia ſemper eum mirifice coluit Patrem:& eius honori non defuit:nam iugurtha magno honori Micipſæ fuit:tum aliis in rebus: tum præcipue in bello Numantino: In Hiſpania nomen familiæ noſtræ renouatum eſt. Sicuti ſupra monſtrauim⁹. Maſſiniſſa amicitiam cum Scipione contraxit. Cum Scipio ipe ex Hiſpania diſcederet:uel certe:quia Maſſiniſſa anteq̃ ſe cum Romanis cõiũgeret:multa cum Haſdrubale duce Carthaginẽſium bella in Hiſpania geſſerat cõtra Romãos: & nomen eius in Hiſpania propter hoc celebre erat: quod poſt multos annos iugurtha: bello Numatino:inſigni uirtute:ac gloria renouauit: In Hiſpania:in qua eſt Numantia. Renouatum eſt: quod erat iam uetuſtate detritum: & prope memoria extinctu;. Poſtremo. Ordo. Poſtremo uiciſti inuidiam gloria:quod eſt difficillimum inter mortales: ideſt quæ res difficillima eſt inter homines. Hoc ideo dicit: quia: ut diximus ſupra: uirtuti ſemper comes eſt inuidia:nam qui uirtute præditi ſunt: ſemper eis inuidetur:ſed Iugurtha uirtute ſuperauit inuidiam:quia uirtus ei:non inuidiam peperit: ſed beniuolentiam conciliauit. Nam propter uirtutẽ Iugurtha ab oĩbus amabat:ſicuti ſupra mõſtrauit. Gloria.i.uirtute. Nũc. Poſtq̃ beniuolentiã captauit:& a perſona ſua:& a perſona auditoris deſcendit ad cã;:ut oñdat quid uellit ab eo. Per hãc dexteram. Intelligimus Micipſam hæc dicẽtẽ dexterã Iugurthæ apphẽdiſſe. Hos:dicticos.i.demõſtratiue dixit oſtẽdens Adherbalẽ & Hiẽpſalẽ:q aderãt. Genere ſanguis:cõiunctiõe. Nã Micipſa:& pr Iugurthæ fr̃es erant. Bñficio meo:qa te adoptaui in filiũ:& nũc p adoptionẽ fr̃ eoꝝ es. Malis.i.magis uelis. Nõ exercitus. Sniæ gñales pulcherrimæ. Armis.i.ui. Cogere.i.cõparare:acq̃rere. Auro.i.pecuniis. Parare.i. acq̃re. Offõ. Offm̃ dr̃ cũ hõ facit:qđ ex honeſtate facere debet. Pariunt:uel parat.i.acq̃rũt officia. Quis aũt:Micipſa p rõcinationẽ hoc cõcludere intẽdit:ut ſi regnũ ĩcolume ſeruare uolũt:cõcordes ſint. Et ꝑpõ eſt talis. Si regnũ:o filii:incolume ſeruare uultis:uos oportet eſſe cõcordes:& amore cõiunctos. Ratio ꝑpoſitionis eſt. Nã aici magis q̃ exercitus:aut pecũiæ præſidio regni ſunt. Nemo aũt amicior eſt: q̃ frater fratri: ergo uos:qui fratres eſtis:oportet eẽ cõcordes:& amore coniunctos. Fidum:ideſt fidelem. Imbecillũ.i. infirmum. Boni eritis:ideſt concordes:& unanimes. Maximæ:ſcilicet res. Cæterũ: ante hos: ſcilicet Adherbalem & Hiempſale;. Ante hos:ideſt magis:q̃ hos:ſcilicet decet. Decet:inquit:ut tu magis q̃ hi: prouideas:ne inter uos diſcordia oriatur:quia tu:& ætate:& ſapientia antecedis eos.

IOAN. CHRI.

¶Nam in omni certamine. Reddit aũt causam & ratiõem: quare Iugurthã magis q̃ Adherbalẽ: & Hiẽpsalem ꝓuidere deceat: ne discordia inter eos oriatur: qa si inter uos discordia: & cõtentio oriret: oẽs tibi hanc culpã adscriberent & attribuerent: qa tu es potentior: & ꝓpter ætatẽ: & pp sapiam: & pp uires: qa in oi certamine: & in oi dissensione: ille qui plus põt: dr̃ facere iniuriã: & esse cã totius discordiæ: pari rõne si inter uos discordia oriret: oẽs existimabunt o Iugurtha cãm discordiæ a te ꝓficisci: qa tu plus potes. Et propterea magis te q̃ illos ꝓuidere decet: ne inter uos discordia: & certamẽ oriat. ¶ Ne aliter quid eueniat. s. discordia aliqua. ¶ Nam in omni certamine: in omni contentiõe: & discordia. ¶ Opulentior. i. ditior: potentior. ¶ Vos aũt o Adherbal. Nunc Micipsa conuertit sermonem ad filios: Adherbalem & Hiempsalẽ. ¶ Colite: amate: & honorate. ¶ Hunc talẽ uirum. s. iugurtham: acsi diceret: tanta uirtute: & gloria prædi tum. ¶ Nitimini: conamini: & date opã: ne melior sit fili⁹ Iugurtha: quẽ adoptaui: q̃ uos quos genui. ¶ Meliores libe. notãdũ liberos nũero plurali dici ẽt de uno. ¶ Meliores liberos sumpsisse. s. Iugurthã. ¶ Quã genuisset. s. uos. ¶ Ad ea iugurtha. Quamuis: inquit iugurtha intelligeret: Micipsam ficta locutum fuisse: & alið habuisse in animo: aliud dixisse: tñ benigne rñdit: sicuti tempus postulabat. ¶ Et ipse. s. iugurtha. ¶ Agitabat. i. uersabat: cogitabat ĩ animo suo: non enim respondit: sicuti cogitabat ĩ animo: sed sicuti tempus postulabat. ¶ Postq̃: mortuo inquit Rege: cum exequias magnifice celebrassent: in unum reguli conuenerunt: ut de omnibus rebus inter se differerent: & disputarent. ¶ Illi: scilicet Micipsæ mortuo. ¶ More regio: secundum regiam consuetudinem. Magna. n: ambitione: & põpa exequiæ regum celebrabãtur. ¶ Iusta. i. exeqas funebres. Et tantũmõ plurali numero declinant. ¶ Reguli: scilicet Iugurtha: Adherbal: & Hiempsal. ¶ Disceptarent: discuterent: & disputarent. ¶ Sed Hiempsal: cum in unum reguli conuenissent: ut de omnibus rebus inter se colloquerentur: inter sedendum Hiempsal: ita cõsedit: ut fratrem Adherbalem inter tres medium constitueret: quãuis ætate iugurtha prior esset: non enim ferre poterat: ut iugurtha honore esset superior: qui genere erat inferior: nam ex concubina natus erat. ¶ Ante Adherbalem assedit: idest iuxta Adherbalẽ sedit. ¶ Deinde tamen: ut ætati concederet: idest ut locũ daret iugurthæ: qui ætate maior erat. ¶ Vix. i. cũ labore: difficulter. ¶ Ibi cũ multa. Oñdit i hoc primo colloquio: q; inter se reges habuerũt causam discordiarum: & certaminis eorum. Nam cum iugurtha dixisset omnia oportere rescindi: quæ Micipsa statuerat: & decreuerat quinq; annis ante mortem suam: qa propter ætatem: & senectutem: non satis animo ualebat. Hiempsal respondit id: sibi placere. Nam in eo qnquennio dicebat iugurthã a Micipsa filium adoptatum. Quod dictum ex aĩo & memoria iugurthæ non decessit: postq; illð semper cogitauit iugurtha: quo pacto Hiempsalẽ interficeret. ¶ Consilia: idest statuta. ¶ Decreta: quicquid decreuisset Micipsa per quinq; annos ante mortem. ¶ Rescindi: idest irritari: ut essent irrita quæcunq; decreuisset: & nihil ualerent: nullam uim haberent. ¶ Nam: scilicet dicebat. ¶ Confectum: consumptum. ¶ Parum animo ualuisse: idest nõ satis ĩtellectu ualuisse: ideo ipse dicebat rescindi. ¶ Altius: idest interius. ¶ Quã quisq; erat ratus: q̃ quisq̃ putauerat. ¶ Anxius: sollicitus. ¶ Moliri: pro moliebatur. i. parabat. ¶ Atq; ea modo: idest tantũmodo. ¶ Habere: pro habebat in animo. ¶ Quæ ubi tardius ꝓcedũt. Cum (inquit) iugurtha uideret Hiempsalẽ per dolum facile capi nõ posse: sed eam rem tardius perfici: & in longius tempus ire q̃ uolebat: decreuit: quoquomodo: idest uel per uim: uel per insidias facere: quod statuerat. ¶ Quæ. s. ut per dolum Hiempsal caperetur. Quæ. i. quæ res. ¶ Vbi: pro postq̃. ¶ Tardius procedunt. i. in longius tempus uadunt. ¶ Neq; lenitur: idest mitigatur. ¶ Animus ferox. i. indomitus aĩus. s. iugurthæ.

Nam in omni certamine: qui opulẽtior est: etiam si accipit iniuriã: tamẽ quia plus põt: facere uidet: uos autẽ Adherbal & Hiempsal colite: obseruate hũc talem uirũ: imitamini uirtutem: & enitimini: ne ego meliores liberos sũpsisse uidear: q̃ genuisse. Ad ea Iugurtha: tametsi regem ficta locutũ intelligebat: & ipse longe aliter in animo agitabat: tñ pro tẽpore benigne respõdit. Micipsa paucis post diebus moritur. Postq̃ illi regio more iusta magnifice fecerant. Reguli in unum conuenerũt: ut inter se de cunctis negociis disceptarent. Sed Hiẽpsal: qui minimus ex illis erat: natura ferox: etiam antea ignobilitatem Iugurthæ: quia materno genere impar erat: despiciens ante Adherbalẽ assedit: ne medius ex tribus: quod apud Numidas honori ducitur: Iugurtha foret. Deinde tamẽ: ut ætati concederet: fatigatus a fratre: uix in partem alteram traductus est. Ibi: quum multa de administrando imperio differerent. Iugurtha inter alias res ait: oportere quinquẽnii cõsulta & decreta oia rescindi. Nã per ea tpa confectũ annis Micipsam parum animo ualuisse: tum idẽ Hiempsal placere sibi respondit: nã ipm illũ his tribus proximis annis adoptione in regnũ peruenisse: quod uerbum in pectus Iugurthæ altius q̃ quisq; ratus descendit. Itaq; ex eo tempore ira: & metu anxius moliri: parare: atque ea modo in animo habere: quibus Hiempsal per dolum caperetur. Quæ ubi tardius procedũt: neq; lenitur animus ferox statuit

JOAN. CHRI.

¶ Quouis modo.i.quoquo modo:quolibet mō:uidelicet:ut si non posset per insidias īterficere Hiempsalem:uia apta eū occideret. ¶ Incœptū.i.ꝓpositū animi sui. ¶ Perficere:adimplere:cōplere. ¶ Primo cōuentu:in primo colloquio:qd fecerūt inter se reguli:decreuerant uidere thesauros:& oēs pecunias:& assignare unicuiqꝫ partē suā imperii:ut unusquisqꝫ sciret:qd' suū esset. ¶ Primo conuentu.i. qn̄ primum cōuenerunt. ¶ Ad utranqꝫ rem.s.ad diuidendū impium:& ad diuidendos thesauros. ¶ Maturius.i.prius:celerius. ¶ Distribuendā.i.diuidēdā. ¶ Alius alio.i.alius in aliū locū. ¶ Concessere.i.uenere:ꝓfecti sūt. ¶ Sed Hiempsal.s. cōcessit:& ꝓfectus est. ¶ Oppidū.i. in ciuitatē Thirmidū. ¶ Forte eius. Nūc dicit:quo cōsilio Iugurtha usus fuerit:ut per insidias Hiēpsalem captum iterficeret. Dicit eni Iugurtha ministrū quēdam hēbat charū admodū: & gratū sibi:q familiariter utebat̄ domo Hiēpsalis. Nam domum hēbat propriā in ea ciuitate:in qua Hiēpsal se contulerat. Iugurtha igitur hunc ministrum ad se uocat:multa:& magna p̄mia ei ꝓmittit:si fecerit hoc:qd' ei ꝓponit. Tandem illū inducit:ut ad eā ciuitatē uadat:in qua erat Hiēpsal:& claues portarum adulterinas: & falsas faciat:& certo:ac statuto tpe portas aperiat: & iugurthæ milites introducat. Minister ille oīa:sicuti dixerat iugurtha:breui tpe facit: & per noctē iugurthæ milites introducit. Atqꝫ ita Hiempsal:qui audito tumultu: in Tuguriū cuiusdā ancillæ cōfugerat:capit̄ & obtruncat̄: caputqꝫ eius ad iugurthā defert̄. ¶ Eius domo.s.Hiempsalis. ¶ Lictor.i.minister. Nā lictores dicuntur ministri:q magistratū:uel regē p̄cedūt. ¶ Qui erat proximus iugurthæ: ex multis lictoribus iste:de quo loquit̄:proximus erat iugurthæ:qa magis ꝓpe iugurthā incedebat. ¶ Vtebat̄: qa hic lictor familiariter uersabat̄ in domo Hiempsalis. ¶ Acceptus.i.gratus. ¶ Ei.s.iugurthæ. ¶ Quem ille. Ordo ē:quē ministrū casu oblatum ille onerat ꝓmissis:& īpellit: ut eat tāq uisens domū suā:& paret claues adulterinas: nā ueræ.s.claues referebantur ad Hiēpsalē. ¶ Ille.i. Iugurtha. ¶ Onerat promissis:qa multa Iugurtha:& magna p̄mia promittit. ¶ Impellit:i: inducit. ¶ Visens.i.uisitās. ¶ Claues adulterinas: idest falsas. ¶ Nā ueræ.s.claues:ac si diceret ueras claues habere non potuisset:qa cum clausæ essent portæ ciuitatis:claues reportabantur ad Hiempsalem. ¶ Cæterū:ubi res postulauerat.i. quando oīa parata essent. ¶ Seipsum uenturū: scilicet dicebat. ¶ Maxima māu.i.multitudine. ¶ Numida.s.minister ille. ¶ Breui.s. tempore. ¶ Doctus:instructus. ¶ Introducit: uel in ciuitatem:uel certe in domum Hiempsalis. ¶ Qui.s. milites. ¶ In ædes.i.in domum. ¶ Irrupere.i. ui introiere. ¶ Diuersi:uidelicꝫ:ali9 ali3 uia. ¶ Quærere:pro quærebant. ¶ Occursantes:obuiam factos. ¶ Interficere:pro interficiebāt. ¶ Scrutari: pro scrutabantur.i.inquirebant. ¶ Abdita.i. secreta. ¶ Clausa:quæ clausa erāt frangebantur. ¶ Miscebant.i. turbabant. ¶ Tugurio. Tugurium est domus uilis:& abiecta:a tegendo dicta. ¶ Quo:idest:in quod tugurium. ¶ Referunt: reportant. ¶ Tanti facinoris:idest tanti sceleris. Facinus in bonam:& malam partē accipi pōt. Nam & bonū:& malum facinus dicimus. ¶ Diuulgatur:idest spargitur. ¶ Adherbalem:ordo ē. Mætus inuadit Adherbalem:& oēs: qui fuerant sub imperio Micipsæ. ¶ Numidæ:tota prouincia Numidaꝫ in duas ptes diuisa: una ps Adherbalem:altera Iugurtham sequebat̄:sed plures tamen sequuntur Adherbalē: q meliores erāt bello sequunt̄ Iugurtham. ¶ Copias:exercitum. ¶ Qui senatum:docerent:qui senatui exponerent.

quouis modo incœptum perficere:primo conuētum:ab regulis factū:supra memoraui:ꝓpter dissensionem placuerat diuidi thesauros:finesqꝫ imperii singulis constitui. Itaqꝫ tēpus ad utranqꝫ res decernitur:sed maturius ad pecuniam distribuendam:reguli interea in loca ꝓpinqua thesauris ali9 alio concessere. Sed Hiempsal in oppidum Thirmida:forte eius domo utebatur quidam proxim9 lictor Iugurthæ:q charus acceptusqꝫ ei semp fuerat:quē ille casu ministrū oblatum:promissis:onerat:impellitqꝫ:uti tāq suā uisens domū eat:portaꝝ claues adulterinas paret:nam ueræ claues ad Hiēpsalē referebantur. Cæterum: ubi res postularet: seipsum cum maxima manu uenturū. Numida uero mandata breui cōfecit. Atqꝫ:uti doctus erat: noctu Iugurthæ milites introducit: qui postq̄ in ædes irrupere:diuersi regem quærebant:dormiētes alios:alios occursantes interficere. Scrutari loca abdita: clausa effringere: strepitu & tumultu omnia miscere. Quum interim Hiempsal reperitur:occultās se in tugurio mulieris ancillæ: quo in initio pauidus:& loci ignarus perfugerat. Numidæ caput eius:uti iussi erant:ad Iugurthā referūt. Cæterum fama tanti facinoris per oēm Aphricā breui diuulgat̄:Adherbalē: oēsqꝫ: q sub imperio Micipsę fuerant:mætus inuadit:in duas ptes Numidæ discedunt:plures Adherbalē sequunt̄: sed illū alterum bello meliores. Igitur Iugurtha quā maximas potest:copias parat:urbes ptim ui: alias uoluntate impio suo adiungere: omni Numidiæ imperare. Adherbal tāetsi legatos Romam miserat: q senatū docerent de cæde fratris: & fortunis suis: tn̄ fretus multitudie militum parat armis cōtēdere. Sed:ubi rex ad certamē uenit:uict9 e p̄lio

IOAN. CHRI.

¶ Profugit in ꝓuinciam. Romani partes terrarum: quas bello subiugabāt: ꝓuincias appellabāt: ad q̄s: uel ꝓto res: uel ꝓconsules cū offō mittebāt: q eas regerēt. Multa ergo oppida in Aphrica Po. Ro. hēbat: quas p ma gistratus administrabat. Hæc ergo loca: q̄ Po. Ro. hēbat: dicebāť ꝓuinciæ: in hāc ꝓuinciam rex Adherbal ui ctus a Iugurtha: ꝓfugit: deinde Romā uenit. ¶ Contendit. i. uadit: ꝓficiscit. ¶ Tunc Iugurtha: cū Iugurtha Hiempsalē occidisset: & Adherbalē regno spoliasset: scelus suū in aīo ptractās: timere cœpit Po. Ro. nec ali quam spē habebat aduersus irā eius: nisi in auaritia nobiliū Romanorum: & i pecunia sua. Ordo est. Tunc Iu gurtha reputās facinus suū cū animo suo: time re: pro timebat Po. Ro. neq̧ habere: pro habebat spem usq̄ aduersus irā eius: nisi in auaricia nobi litatis: & in sua pecunia: postq̄ potiebatur oī Nu midia i ocio. peractis cōsiliis. ¶ Peractis cōsiliis: idest perfectis cōsiliis. i. cū ꝓfecisset id: qď facere decreuerat: uidelicet cū Hiempsalē interfecisset: & alterū frēȝ Adherbalē regno expulisset: & to tum regnū Numidiæ usurpasset: sicuti facere co gitauerat. ¶ In ocio: in qete & pace: quia nemo ei ipedimentū afferebat. ¶ Reputās: considerās: pertractans. ¶ Populū Romanū timere. Time bat eni Po. Ro. qa sciebat illū non esse passurum socios suos: tam idigne & crudeliter fuisse uexa tos a Iugurtha. ¶ Vsq̄. i. in aliqua re. ¶ Nisi i aua ritia nobilitatis: quia sperabat nobiles senato res Romæ auaros: a se posse pecunia corrūpi: ne paterenť aliquid decerni contra senatū: qď etiaȝ fecit. ¶ In auaritia nobilitatis. i. nobilium ciuiuȝ Romanorum. ¶ Et pecunia sua: quia sperabat no biles Ro. ciues posse corrūpere. ¶ Quibus præ cepit. i. iussit. ¶ Ne cunctentur. i. ne morenť: ne differāt. ¶ Sed ubi Romam legati. Ostendit q̄ta mutatio aīorum Ro. facta sit: postq̄ legati Iugur thæ Romam missi: ciues muneribus: & pecunia corruperunt. Dicit enim Iugurtham facta largi tione: in gratiam omniū uenisse: quē antea oēs odio hēbant. ¶ Sed ubi. Ordo est. Tanta cōmu tatio incessit: ut Iugurtha ueniret in gratiam no bilitatis: ex maxima inuidia: ubi ꝓ postq̄ legati Ro. uenere: & misere magna munera hospitib⁹: & aliis: auctoritas: quorum pollebat in senatu: ea tē pestate dico misere magna munera ex præcepto regis: quorum pars inducti spe: alii inducti præ mio nitebantur: ambiendo singulos ex Senatu: ne consuleretur grauius in eum. ¶ Hospitibus: uel qui susceperant legatos hospitiis: uel qui ali quando suscepti fuerant hospitio a Iugurtha in prouincia Numidiæ. ¶ Ea tēpestate: eo tēpore. ¶ Pollebat: idest potens erat. ¶ Incessit: inuasit.

profugit in ꝓuinciam: ac de hinc Romā cōtendit. Tū Iugurtha: pactis consiliis: postq̄ oī Numidia potiebať in ocio: facin⁹ suū in aīo reputās: timere po. Ro. neq̧ aduersus irā eius usq̄: nisi in auaritia nobilitatis: & pecunia sua spē hr̄e. Itaq̧ paucis die b⁹ post cū auro: & argēto multo: Romā legatos mittit. Quib⁹ præcipit primū: uti ueteres amicos muneribus repleāt: deinde nouos exq̄rant. Postre mo quæcunq̧ possint largiēdo parare: ne cūcten tur. Sed ubi legati Romā uenere: & ex ꝓcepto re gis hospitib⁹: aliisq̧: quorū ea tēpestate in senatu auctoritas pollebat: magna munera misere. Tā ta cōmutatio incessit: ut ex maxia inuidia: & mali uolentia: in gratiā & fauorē nobilitatis Iugurtha ueniret. Quorū pars spe: alii præmio inducti: sin gulos ex senatu ambiendo nitebanť: ne grauius in eum consulereť. Igitur: ubi legati satis cōfidūt die constituto: senatus utrisq̧ datur: tum Adher balem hoc modo locutum accepimus.

P Atres. C. Micipsa pr̄ me⁹ moriēs mihi ꝓcepit: uti regni Nūidiæ tā tūmō ꝓcurationē existimarē meā. Cæterū ius: & iperium penes uos eēt. Po. Ro. sił eniterer domi: mili tiæq̧ q̄ maxio usui esse. Vos mihi cognatorum: & affiniū loco ducerem. Si ea fecissem in uestra aīcitia exercitum: diuitias: munimēta re

¶ Vt ex maxima inuidia. i. odio. ¶ Ecce cōmutatio: quē prio maxie oderāt: ei postea fauebāt: eūq̧ sūme di ligebāt. ¶ Quorum. s. nobiliū. Nā nobilitas collectiuū nomen est. ¶ Pars spe: qdā inducti spe: quā legati facie bant: ꝓmittebāt. n. in futurū magna munera. ¶ Alii pmio: alii inducti pmio: q iā munera: uel pecunias acce perant. ¶ Ambiēdo. i. blādiciis: circūueniēdo: & blādiēdo: qa q corrupti erāt: alios senatores sigillatim allo quebanť: blādiciis rogātes: ne in Iugurthā graue aliqd decernerēt. ¶ In eū. i. Iugurthā. ¶ Cōsulereť. i. decer nereť: deliberareť: & determinareť. ¶ Igiť legati. Postq̄ legati uisi sūt munerib⁹: & pecuniis satis sibi ꝓpitios reddidisse senatores: ut iam cōfidere possent: dies statuitur: in quo & Rex Adherbal: & ipsi legati in senatum uenirent. ¶ Locutū. s. in senatu. ¶ Accepimus. i. audiuimus: intelleximus. ¶ Vtrisq̧. s. & regi: & legatis. ¶ Se natus dať: ut Senatus eos audiat.

¶ Oratio Adherbalis Regis Numidiæ in senatu Romæ habita.

P Atres Conscripti. Romulus: q primus Romæ regnauit: centū senatores elegit: quos a simili tudine curæ: patres appellauit: postea centū alii: ut refert Liuius: additi sunt: q quia simul cum primis in senatu scripti sunt: simul omnes patres conscripti sunt appellati: quasi simul scripti. Patres autē ideo dicti sunt: uel ab ætate: quia cētū illi primi a Romulo senes electi sunt: unde & senatores dicti: uel ut dicit Salustius: a similitudine curæ: quia uelut patres filios suos: & fa miliam: sic illi Rempu. curarent: & administrarent. Qui ab his patribus descenderūt: patricii sunt uocati.

IOAN. CHRI.

¶ Hæc autem oratio in genere deliberatiuo posita est. Est autem genus deliberatiuum: quod positũ in consultatiõe habet in se suasionem & dissuasionem. Suadet enim senatui: ut sibi cõtra iugurtham auxilium ferat. Huius autem generis finis est utilitas. Nam qui suadet aliquid: oportet ut ostendat: id esse utile. Vtile autem diuiditur in tutum: & honestum. Tutum est: quod cõficit instantia: ut consequentis periculi uitationẽ: qualibet ratione. Honestum diuiditur in rectũ: & laudabile. Rectum est: quod cũ uirtute & officio fit. Id diuiditur in prudentiã: iusticiã: fortitudinem: & modestiã. In hac igitur oratione ab his partibus maxime argumentatur: & a iustitia præsertim. Nam ut ait Cicero. Iusticiæ partibus utemur: si aut innocentum: aut supplicum misereri dicimus oportere: si ostendemus bene merentibus gratiã referri conuenire. si demonstrabimus ulcisci male meritos oportere: si societates atque amicitias studiose coli conuenire dicemus. Ab his partibus tota oratione arguit. Est autem oratio composita ad eliciendam misericordiam senatus in se. & ad indignationem concitandam contra iugurthã. Oratio diuiditur in exordium: narrationem: diuisionem. confirmationem: confutationem: & cõclusionem. In hac oratione omnes hæ partes tractãtur: excepta diuisione: quæ necessaria non erat.

gní me habiturũ. Quæ præcepta patris. quũ agitarem: Iugurtha homo oíum: quos terra sustinet sceleratissimus. contẽpto uestro imperio. Massinissæ me nepotẽ. et a stirpe sociũ. atq; amicũ populi Romaní. regno. fortunisq; omníbus expulit. Atq; ego Pa. C. quoníam eo miseriarum uenturus erã. uellem potius ob mea, quam ob maiorum beneficia meorum. posse meum auxiliũ a uobis petere.

In exordio beniuolentiam captat a persona sua: & a persona aduersariorum. A persona sua beniuolentiam captat: cum quæ incommoda sibi acciderint: exponit: dicit enim se expulsum regno: & omnib⁹ fortunis spoliatum. Simul etiam beniuolentiam captat: cum obsecratione humili ac supplici utitur. A persona aduersariorum beniuolentiam captat: cum crudelitatem iugurthæ in se & fratrem suum ostendit. dicit enim se crudeliter ab ipso regno expulsum. Attentos facit auditores: cum ostendit hoc de quo agitur: ad ipsos: qui audiunt pertinere. Dicit enim: se ex toto regno pulsum: cuius administratio tantummodo non sua fuerit: sed ius regni ipsius populi Ro. sit. Hæc in exordio facit. Nam exordium est oratio: per quam nobis beniuolum: attentum: & docilem reddimus auditorem. ¶ Patres conscripti. Alloquitur senatores. Ordo patet & sensus Dicit enim pater meus moriens ꝑcepit mihi: ut existimarẽ administrationem regni Numidiæ tantũmodo esse meam: sed regnum ipsum esse populi Ro. ¶ Procurationem. i. administrationẽ. ¶ Eius. s. regni. ¶ Penes uos: apud uos esse. i. regnum ipsum esse uestrum. Et ita attentos facit auditores: cum ostendit hoc: de quo loquitur ad eos ptinere. ¶ Eniterer: conarer. ¶ Simul. i. & præcepit: ut darẽ operã: ut essem maxime utilis populo Romano. ¶ Vsui. i. utilitati. ¶ Vos mihi cognatorum: uos affinium: cognati genus paternũ respiciunt affines genus maternum. ¶ Ducerem: idest existimarem. ¶ Si eam fecissem: pendet a superiori: hoc enim respicit illud: quod dicit: præcepit: sed præcipere non potuit: nisi dicendo. ergo subauditur: & dicebat: me habiturum exercitum: diuitias: munimenta regni in uestra amicitia: si ea fecissem. ¶ Si ea fecissem. i. si ita existimassem: sicuti mihi præcipiebat. ¶ In uestra amicitia: quia uestra amicitia erit mihi exercitus: erunt diuitiæ: erit munimentum regni. Et ex his uerbis sibi beniuolentiam conciliat auditoꝝ: cum in nulla re nisi ĩ amicitia populi Romani spem habuisse ostẽdit. ¶ Quæ cum præcepta. Nũc aduersarium in odium adducit: cũ superbiam eius: & crudelitatem ostendit: qui contempto: & neglecto imperio populi Romani: se regno crudeliter expulit. ¶ Agitarem: idest seruarem. Ex hoc sibi beniuolentiam comparat: cum laudat officium suũ sine arrogãtia. ¶ Contempto impio uestro. Ex hoc indignationem senatus cõtra iugurthã concitat. ¶ Massinissæ me nepotẽ. Personam Massinissæ nominat artificiose: qa hic & amicitiã instituit cum populo Ro. & eam: dum uixit: officiosissime coluit. ¶ Expulit: ui eiecit. ¶ Atq; ego. Exordio ꝑmisso: trãsit ad narrationem in qua breuiter exponit: quid uelit: petit enim auxilium a senatu contra iugurtham: licet & illa potuerit esse narratio: in qua rem gestam breuiter aperuit: uidelicet: queadmodum regno expulsus sit a iugurtha. ¶ Atq; ego. P. C. Vide quid dicat. Vtinã (inquit) ita mihi euenisset: ut si aliqñ in meis necessitatibus opus esset auxilium petere a uobis: id facere auderem magis propter beneficia mea erga populum Romanũ: q̃ pp bñficia maiorum meorum. Ac si diceret: doleo: q cum a me nullum bñficium acceperitis: cogor a uobis beneficiuʒ petere. Nam si aliquando uobis aliquod beneficium præstitissem: iusta causa esset: cur in meis necessitatibus ego quoque a uobis beneficium: & auxilium peterem. Nunc autem nullum meum erga uos beneficium: sed tantummodo beneficia ipsa maiorum meorum audaciam præstant ad petendum a uobis auxilium. Sed uellem potius: ut mea erga uos beneficia q̃ beneficia maiorum meorum hanc præstarent audaciam. Et hoc est quod dicit. Ordo est. Atq; ego. O patres con. Vellem potius me posse petere a uobis auxilium ob beneficia mea: q̃ ob beneficia maioꝝ meoꝝ: qm̃ ego eram uẽturus eo miseriaꝝ. ut uellẽ maxime bñficia deberi mihi a populo Ro. qbus utinã non egerem. sed uti uterer debitis. si erãt desiderãda. ¶ Eo miseriarum. idest ad eas. hoc est tantas miserias. scilicet ad quantas perueni. ¶ Ob mea. idest propter mea scilicet beneficia. ¶ Meorum maiorum. In hac parte latenter tangit populum Ro. memorem esse debere beneficiorũ maiorum suoꝝ. s. massinissæ aui. & micipsæ patris sui. Nam ut supra mõstrauimus. massinissa in Aphrica cõtra Carthaginenses multa præclara facinora gessit. micipsa etiam bello Numantino populum Romanũ iuuit.

IOAN. CHRI.

¶Ac maxime. Vide quid dicat. Vellem inqt: ut populus ro. mihi beneficia deberet. sed nollem eis idigere: & si beneficiis po.ro. indigerē: uellē posse uti debitis: non gratuitis. Beneficia debita dicunt: quæ alii debēt ex merito nostro: gratuita dnr beneficia: q̃ alii nobis p̄stāt: ñ ex merito nostro: sed ex gr̃a sua: & liberalitate: cum nihil nobis debeant. ¶ Deberi mihi be:a po. Ro. Quo modo po. Ro. deberet Adherbali beneficia. Si po.ro. accepisset aliqua bñficia ab Adherbale: tūc ei deberet beneficia. ¶ Vti debitis uterer. i. uterer his bñfiiciis: quæ mihi deberentur ex merito meo a populo ro. ¶ Sed quoniam. ac si diceret nollē: ut mihi eēt necesse petere auxilium a po.ro. Sed quoniam necessitas incumbit: propterea ad uos confugi. neq; enim per me tutus esse possum. Et hoc est quod dicit. ¶ Sed quoniam ipsa probitas. i. ipsa bonitas: ac si diceret: quoniam bonitas mea: & innocentia per se tuta esse nō potest: neq; iugurtham cognoscere potui: qualis esset: ad uos confugi. ¶ Neq; mihi in manu fuit iugurtha. i. neq; mihi cognitus est Iugurtha: qualis esset. Et est modus notandus. Ea in manu esse dicuntur: quæ palam cognoscunt. Nam id: quod in manu habemus: nobis est notum. ¶ Confugi. i. recurri. ¶ Quib⁹: quod mihi miserrimū est: cogor prius oneri eē quam usui. Doleo inqt: quod prius uobis sum oneri: q̃ utilitati: quia a uobis beneficiū peto: antequam aliqd utilitatis uobis attulerim. ¶ Vsui. i. utilitati. ¶ Cæteri reges. Per narrationem exposita cā trāsit ad confirmationē. Nam tota spes uincendi: ratioq; persuadendi in confirmatione & confutatione posita est. Est aūt confirmatio: p quam argumentando nostræ causæ fidē: & auctoritatē: & firmamentum adiungit oratio. Oēs aūt argumentatiōes sumunt: aut ex his: quæ attributa sunt p̄sonis: aut ex his: quæ sunt attributa negociis: p̄sonis attributa sunt: nomen: natura: uictus: fortuna: habitus: affectio: studia: consilia: facta: casus: oratiōes. Hoc loco arguit a factis. dicit. n. quid fecerint maiores sui pro po. Ro. Simul a partibus iustitiæ arguit: ut antea diximus. Nā iustū est benemerentibus gratiā referre: in hoc argumēto maxie p statuit meminerint beneficiorū: aut aui sui massinissæ: & p̄ris micipsæ: dicit ergo. Cæteri reges i uestrā amicitiā uenere necessitate coacti: cū sibi magis: q̃ uobis p̄desse quærerēt: sed massinissa auus meus uobiscū amicitiā cōtraxit eo tpe: quo uobis se maxie eē utilē itelligebat: fidei magis q̃ fortūæ rōne. ¶ Cæteri reges. ¶ Familia nostra: uidelicet massinissa. ¶ Bello carthaginensi. s. bello punico secūdo: hoc supra mōstrauim⁹. ¶ Instituit: incœpit: inchoauit. ¶ Fides eius magis q̃ fortūa: quia tunc Massinissa pauper erat. Vnde Liuius refert ad eum Romanos transisse tantummodo cum ducentis equitibus. Ergo fides eius magis q̃ fortuna erat petenda: quia potētia eius erat pua: utpote: q spoliatus erat a Carthaginēsibus: & cū his postea fœdus fecerat. ¶ Petenda. i. expetēda: desiderāda. ¶ Quo℞ p̄geniem: ad familiam refert: sed familia nomē collectiuū: & in nūero sing. plures significat: unde nunc dicit. i. quorū filios. s. me nepotem Massinissæ nolite pati: frustra petere auxilium a uobis. ¶ Si nihil causæ. Nunc utitur locis ad eliciendā misericordiā accōmodatis: plures locos Cice. tractat (qbus misericordia captat) quorum primus est: per quem: quibus in bonis fuerimus: & nūc qb⁹ in malis simus: ostendimus. Hoc loco utitur Adherbal: dicit enim. Si nihil haberem aliud: quod uos moueret ad præstandum auxilium: fortuna mea uos mouere deberet: quia pauloante eram rex potens: genere: fama: exercitu: fortunisq; omnibus: nūc inops: & calamitatibus: & miseriis plenus: oībus rebus spoliatus alienas opes mēdicare compellor. Hic locus diligenter tractus sine dubio multum ualet ad animos flectendos ad misericordiam. ¶ Si nihil aliud. Ordo est. Tamen erat maiestatis populi Romani p̄hibere iniuriam: neq; pati regnum cuiusq̃ crescere p scelus: si nō aliud causæ haberem ad impetrandū: p̄ter miserandam fortunā: quod pro quia: ego pauloante rex potens: genere: fama: atq; copiis: nunc deformatus erumnis: & inops: expecto opes alienas. Ac si diceret. Si nullam causam societatis & amicitiæ hērem cum populo Ro. tñ maiestatis populi Romani est miserabili fortunæ meæ subuenire: & nō pati: ut aliqs usurpet regnum alterius per scelus: sicuti fecit Iugurtha ¶ Genere: sanguinis nobilitate. ¶ Nunc deformatus. i. deturpatus. ¶ Erumnis. i. per erumnas. ¶ Erūnæ p̄priæ dicuntur labores onerosi: dictæ ab arumnulis: quæ secundū Plautum sunt furcillæ: quibus religatas sarcinas uiatores gerebant secundum Sextum Pompeium. ¶ Alienas opes: aliena p̄sidia: uel opes facultates. ¶ Tamen maiestatis erat populi Romani. Arguit hoc loco a partibus fortitudinis quæ res magnas & excelsas sequitur: & a partibus iusticiæ: quæ quod suū est cui q; restituit: ¶ Per scelus crescere: sicuti crescit regnum iugurthæ per scelus: qui Hiempsalem dolo iterfecit: & Adherbalē regno expulit.

ac maxime deberi mihi beneficia a populo romano quibus utinā nō egerē: sed si ea desideranda erāt: uti debitis uterer. Sed quoniam parum tuta per se ipsa probitas est: neq; mihi in manu fuit: qualis foret iugurtha: ad uos confugi. P.C. quibus: quod mihi miserrimū est: cogor prius oneri: quā usui eē. Cæteri reges: aut bello uicti i amicitiā recepti sunt: aut i suis dubiis reb⁹ societatē uestrā appetiuerūt. Familia nostra cū po.ro. bello carthaginēsi amicitiā instituit: quo tpe magis fides ei⁹: q̃ fortūa petēda erat. Quo℞ p̄geniē uos. P. Con. nolite pati: me nepotē massinissæ frustra auxiliū petere: sed si ad impetrandū nihil causę haberē: pręter miserandā fortunā: q; pauloāte ego rex: genere: fama: atq; copiis potēs: nūc deformat⁹ erūnis: inops: alieñas opes expeto: tamē erat maiestatis po.ro. prohibere iniuriā: neq; pati cuiusquā regnum per scel⁹ crescere:

¶ Verũ ego his. Vide qd dicat:& quõ hoc cũ sũpiore sensu cõiungat. Si nõ hẽrẽ aliã cãm: pter miserãdam fortunã:tũ pp maiestatẽ uestrã:deberetis mihi subuenire. Sed pter fortunã miserabilẽ:hẽo alias cãs: uidelicet amicitiã:& societatẽ antiquã:qa po.Ro.pp societatẽ & amicitiã donauit maioribus meis hoc regnũ:de quo sum expulsus:& de quo auus meus:& pr meus una nobiscũ expulerũt Syphacẽ & Carthaginẽses:& hi est:qd' dicit. ¶ Veru.i.sed. ¶ His finibus.i.eo regno. ¶ Po.Ro.dedit:hoc supra dixit:qa ui ctis Carthaginensibus:& capto Syphace:po.Ro.dono dedit Massinissæ q̃scũq; ciuitates:& loca bello acqsiuerat in Aphrica.

uerum ego his finibus eiectus sum. quos maioribus meis. po. Ro. dedit. unde pater. & auus meus una uobiscũ expulere Syphacẽ. & Carthaginenses. Vestra mihi beneficia erepta sũt. P. C. i mea iniuria despecti estis. Heu miserum me. Huccine Micipsa pater beneficia tua euasere? ut quẽ tu parẽ cũ liberis tuis. regniq; participẽ fecisti: is potissimũ stirpis tuæ extinctor sit? Nunq̃ ne ergo familia nostra quieta erit? Semper ne in sanguine: ferro: fuga uersabimur? Dũ Carthaginenses incolumes fuere: iure omnia sæua patiebamur. hostis a latere. uos amici procul. spes omnis erat in armis Postquã illa pestis ex Aphrica eiecta est. lęti pacẽ agitabamus. quippe. quibus nullus hostis erat. nisi ille forte. quẽ uos iussissetis. Ecce autẽ ex improuiso Iugurtha intolleranda audacia. scelere. atque superbia sese efferens. fratre meo. atque eodẽ ꝓpinquo suo interfecto. primũ regnũ eius sceleris sui prędã fecit. Post ubi in eisdẽ dolis me nequiuit caper̃: nihil minus q̃ uim: aut bellũ expectantẽ in ĩperio uestro (sicut uidetis) extorrẽ patria: domo inopẽ. & coopertũ miseriis effecit. ut ubiuis tutius quã in meo regno essẽ. Ego sic existimabã. P. C. (uti prædicantẽ audiuerã patrẽ meũ) qui diligẽter colerẽt uestrã amicitiã. eos multũ laborẽ suscipe: cæterũ ex oibus maxime tutos esse. Quod in familia nostra fuit prẽstitit: uti in oibus bellis adesset uobis. Nos: uti per ociũ tuti sum9: ĩ manu uestra est. P. Con. Pater nos duos fratres reliquit. tertiũ Iugurthã beneficiis suis: ratus est eo iunctũ fore. Alter eoꝝ necat9 ẽ. alter ipse ego man9 ipias uix effugi. Quid agã? aut quo potissimũ ĩfœlix accedã Generis oia ꝑ fidia extincta sunt. Pater: uti necesse erat. naturæ cõcessit. Fratri quẽ minime decuit

Vnde auus meus.s.Massinissa. ¶ Pater.s.Micipsa & ex hoc oñdit societatẽ antiquã:q̃ fuit iter suã familiã:& po.Ro. ¶ Vestra bñficia mihi erepta sunt.i.nõ possum uti uestro bñficio:qa id:quod uos ddistis aliqñ maiorib9 meis:mihi abstulit iugurtha. ¶ Vos in mea iniuria despecti:dũ iugurtha facit iniuriã:uos despicit. Et ita indignatõe; senatus cõtra iugurthã cõcitat. ¶ Heu miseꝝ me Huccine Micipsa pater. Exclamatio est:q̃ fit ad significationẽ doloris: aut alicuius idignatiõis p hois:aut urbis. aut loci:aut rei cuiuspiã cõpellationẽ. Locus ẽt unus est ex his:ex qbus & in nos misericordia captat:& odiũ:atq; indignatio in aduersariũ cõcitat:qd fit:quotiẽs cũ indignatione cõquærimur:q; ab iis:a qbus minie cõueniat male tractemur:amicis. ꝓpinqs:qb9 bñfecerim9: quos adiutores recitauerimus. ¶ Huccine. Huc ĩ quit. o pr Micipsa tua bñficia puenerũt:ut quem tu in filiũ adoptasti: hic filioꝝ tuoꝝ interfector existat. ¶ Micipsa. Sermonẽ ad prem mortuum cõuertit. ¶ Iure oia sæua patiebamur. Dũ Carthaginẽses in impio fuerũt:merito oia mala patiebamur. Nã iustũ erat:ut eos hostes hẽremus: q erãt hostes po.Ro. ¶ Hostis a latere.s. Carthaginẽses. Nã & Carthaginẽses:& Numidæ ĩ Aphrica sunt. ¶ A latere.i.a uicino. ¶ Eiecta. Nã eo tpe quo Adherbal hæc dicebat:Carthago dleta erat ab Aphricano minor̃. ¶ In tollerãda audacia: iugurthã in odiũ adducit:supbiã ei9:arrogãtiã: & crudelitatẽ exponẽs. ¶ Regnũ ei9 sceleris sui pdã fecit:qa iugurtha p9 scelus suũ:quo Hiẽpsalẽ interfecit:regnũ ei9 rapuit. ¶ P9 ubi. Ordo ẽ. Postq̃ ille iugurtha effecit me extorrẽ: sicuti uidetis:dico me nihil minus expectãtẽ:q̃ uim:aut bellũ:& effecit me inopẽ pria domo:& cooptũ miseriis ita.s.ut eẽm tuti9:ubi uis:q̃ in meo regno. ¶ Eisdẽ do.s.qb9 cæperat fratrẽ meũ. Nihil minus: qa nihil erat:qd' minus timerẽ q̃ bellũ a iugurtha. ¶ In impio uestro. Nã ut a pricipio dixit. regnũ & impiũ Numidiæ uult eẽ Romãoꝝ:sed admĩstrationẽ tm̃mõ suã. ¶ Ego sic. In tota orone hĩ agit:ut ostẽdat in uulla te spẽ hre uoluisset aut ꝑ fidia regni sui collocasse:nisi in amicitia:& societate po.Ro. ¶ Cæterũ.i.sed existimabã eos multũ laborẽ suscipe:q urãm tenerẽt aicitiã:sed sup oẽs eẽ tutos. ¶ Quod in famil:a nra fuit. Arguit a ptib9 iusticiæ:uidelicet a grã. Nã ptes iusticiæ sunt religio:pietas:grã:uindicatio:obseruãtia:& ueritas. Est ãt grã:in qua amicitiaꝝ: & bñficioꝝ alterius memoria:& alterius remunerãdi uolũtas cõtinet. Dicit ergo familia nra sp uobis auxilio fuit ĩ oib9 bellis:iustũ ẽ igit:si grati & mẽores bñficioꝝ eẽ uultis:ut uos mihi urm ĩ tanta necessitate pstetis auxilium. ¶ Qd' in familia. Ordo ẽ. Nra familia pstitit.s. hoc:ut adesset uobis ĩ oib9 bellis:qd' in nra familia fuit.i.q̃tũ familia nra potuit:uobis auxilio fuit in oib9 bellis. ¶ Nos. Ordo ẽ. In ura manu:uti nos sumus tuti p ociu;: ac si diceret. Parum ẽ qd' peto. Nã sine bello uos facere potestis:ut tutus sim ĩ regno. ¶ Pater nos duos fres reliqt. Rẽ ponit añ oculos:ita ut magis geri:q̃ narrari uideatur. ¶ Alter eoꝝ.s. Hiẽpsal:alterius iugurthæ.

IOAN. CHRI.

¶ Propinquus.s.iugurtha.¶ Oppressit. Quid agam?aut quo potissimū infœlix accedā?Color est:q appellat, Subiectio.Est aūt subiectio:cum interrogamus:aut q̄rimus:qd cōtra nos dici possit: deinde subiicimus id qd oportet dici:aut nō oportet:aut nobis adiumēto futuꝝ sit:aut aduersariis obsfutuꝝ.Dicit ergo.Quid agam?aut quo potissimū infœlix accedā?ac si diceret:a quo p̄sidiū petā?A meis?At hi extincti sunt. An ab affinibus:ppinqs:amicis.At hi alius alia clade a iūgurtha sunt oppressi.An ab aliis regib⁹:& natōib⁹.At oēs infesti:& inimici sunt mihi pp societatē & amicitiā:q̄ mihi est cum po.ro.Cum igitur & familiæ nostræ:& ppinquoꝝ.& amicoꝝ.& affiniū.& regū.& nationum.ac gētiū oīum.p̄sidia mihi sublata sint: relinquitur.ut ad uos cōfugiā.& a uobis p̄sidiū petā.P.Cō.& a po.Ro.in cuius amicitia.& societate familia nostra regni sui præsidia.'semper uoluit eē collocata.& hoc est.qd dicit.Vtit aūt colore.q dr̄ cōmoratio quæ fit.cū in loco firmissimo mānet diutius.& eodem sæpius reddit. sicut facit Adherbal.qui p totā orōnē hoc tractat. & ad hanc s̄niam sæpius recurrit.ut dicat maiores suos spē oēm cōseruādi regni sui in fide.ac societate po.Ro.positam eē uoluisse.nec ad præsidiū regni sui aliarum gētiū aut regū societates: aut fœdera q̄siuisse.¶ Pauci.Mirā crudelitatē iugurthæ ōndit:qa supplicia morte grauiora inuenit.¶ In tenebris.i.in carcere.¶ Sed si oīa.Ordo est: O.P.C.tum ego implorarem uos.qb⁹ decet ius & iniurias oēs eē curæ p magnitudine imperii. si quid aduersi accidisset ex improuiso.si oīa manerent incolumia.quæ aut amisi.aut facta sūt aduersa necessariis.Supra dixit p̄sidia generis amicorum.affinium.& propinquorū eē sublata.nec ab eis posse p̄sidiū petere.qa eorū ps extincti sūt ps i carcere clausi:nūc dicit.Si pr̄.& frater.& aīci & ppinqui:& oēs supra dicti uiuerent. & incolumes eēnt.tn̄ si qd mihi aduersi accidisset.ad uos cōfugissē.a uobis auxiliū iplorarē.nūc uero. cū eoꝝ mihi p̄sidia sublata sint. & exul patria i tāta calamitate positus sim.ad quos alios cōfugiam. nisi ad uos.q.d.nemo mihi relictus est.a quo p̄sidiū petā.nisi a uobis.Et qa qs obiicere potuisset Sūt & aliæ natōes.atq; alii reges.a qb⁹potes auxiliū petere.Rn̄det Adherbal nō possum.qa oēs mihi & familiæ nr̄æ sūt aduersi pp societatē.& amicitiā uestrā.Sed si ēt possem ab aliis.q̄ a uobis auxiliū petere.nō facerē:qa massinissa auus nos ita docuit.atq; istruxit.ne cū aliquo populo:aut rege.uel gēte societatē:& aīcitiā hēremus.nisi cū Po.Ro.in eo magna nobis & ampla p̄sidia ad tuēdum regnū nostrū futura dicebat.Et hoc est qd' dicit.¶ Quæ aut amisi:hoc ptinet ad patrē & ad fratrē extinctum .¶ Aut q̄ necessariis aduersa fcā sūt:hoc ptinet ad affines.ppinquos.&amicos.Nā necessarii dicūtur.nō solū sanguine. sed & familiaritate:atq; aīcitia nobis cōiūcti.¶ Aduersa fcā sūt:nō solū q̄tū ad eos:q necati sunt:sed ēt q̄tū ad eos:q carcere afflicti sūt.¶ Incolumia manerēt.i.salua:atq; integra:& q̄tū ad uitā:& q̄tū ad fortunas: & q̄tū ad dignitatē.Nā ille d incolumis de cui⁹salute:ac dignitate nihil diminutū ē.¶ Pro magnitudīe impii. Arguit a fortitudine:cuius ptes sūt magnificētia:fidētia:patiētia:pseuerātia.Nūc ab ea pte.q̄ dr̄ magnificētia arguit Est āt magnificētia reꝝ magnaꝝ:& excelsaꝝ:cū aī ampla q̄dā:& splendida ppositōe agitatio: atq; admistratio.Dicit ergo.p magnitudine impii ur̄i uos decet dare opam:ut unusq; ius suū hēat:& iniurias illatas uidicetis:atq; pūiatis.¶ An Quoq̄.i.ab aliquo ad alique locū.Quo inqt ire possē:ubi nō appeat:quēadmodū maiores mei hostes fuerūt illius loci pp uos.Nam qcunq; fuerūt hostes uestri:fuerūt & familiæ nostræ pp societatē.¶ Postremo.ac si diceret.Etiam si haberē p̄ter uos:uñ p̄sidiū petere possem.nō peterē. qa auus nr̄ Massinissa ita nos docuit.ne cū aliquo populo societatē hēremus.nisi cū po Ro . Dicebat incolumi impio Ro.nos quoq; futuros icolumes.Et ecōtra.ruēte & cadēte ipio Ro.nos ēt occasuros eē.¶ Ac diis uolētib⁹ ac si diceret:benignitate deoꝝ.Et arguit a possibili.Nā q petit:ea petere debet:q̄ is p̄stare possit.a quo petit. ¶ Virtute.s.ur̄a.¶ Diis uo.i.benignitate deoꝝ.¶ Magni.s.noīe.ac fama.¶ Opulēti.s.ipio.i.potētes. & diuites.ac si diceret.Date operā.ut itelligā.Massinissā uera nobis p̄dixisse de uob.Dixit.n.icolumi hoc ipio.nos quoq; futuros icolumes.Nūc ur̄m impiū icolume ē.& magnū atq; amplū.Curate igit.ut ego pp ur̄am societatē incolumis sim.Et ita cōcludit argumēta suæ cōfirmatōis.¶ Oīa secūda.i.pspera.¶ Sociorum.cōfœderatorum.quos nunc uulgo colligatos uocāt.¶ Iniurias.sicuti est iniuria.quam mihi iugurtha intulit.

propinquus p scelus uitā eripuit. affines amicos. cæteros meos ppinquos.alium. alia clade oppssit. capti a iugurtha.ps in crucē acti.ps bestiis abiecti sunt.pauci qbus relicta est aīa. clausi in tenebris. cum mœrore.& luctu.morte grauiorem uitā exigunt.Etiā:si quæ.aut amisi.aut quæ ex necessariis aduersa facta sunt.incolumia manerent.tamen: si quid ex improuiso mali accidisset:uos implorarē. P.C. qbus p magnitudine iperii eius.iniurias oīs curæ esse decet.Nunc uero exul patria.domo. solus.atq; omniū honestarū reꝝ egens:quo accedā: aut quos appellē?Nationes ne.an reges?q oēs familiæ nr̄ę.ob uestrā aīcitiā.ifesti sunt. ān quoquā mihi adire licet.ubi nō meorū maiorū monimēta hostilia plurima sint? an quisq̄ nostri misereri potest.qui aliquādo uobis hostis fuit. Postremo Micipsa. ita nos instituit. P. C.ne quē coleremus. nisi po. Ro. ne societatē: neq; fœdera noua acciperemus: abūde magna præsidia nobis in uestra amicitia fore.Sed si huic imperio fortuna mutaretur una occidendum nobis.uirtute . ac diis uolentib⁹ magni. & opulenti estis.omnia secūda.& obediētia sunt.quo facilius sociorū iniurias curare licet:

JOAN. CHRI.

¶ Tantum illud uereor. Núc transit ad confutationem. Confutatio est: per quam aduersariorum argumenta dissoluimus. ¶ Quos (iquit) intelligo priuata amicitia fauere iugurthæ: & ambire unumquéq; uestrum: ne ipso absente: aliquid contra ipsum statuatis: & dicere: me fingere uerba: & simulare fugam: cum in regno manere potuerim: quod falsum est. ¶ Ne quos. i. aliquos. ¶ Transuersos agat. i. peruertat: & a recto deducat ¶ Maxima ope. i. maxima ui. ¶ Niti. i. conari. ¶ Ambire: bládiciis circũuenire. ¶ Absente. s. iugurtha. ¶ Fingere me uerba: subauditur: & audio illos dicere: me fingere uerba. ¶ Quod utinam. Per imprecationem uertit in iugurtham hoc: quod de se dicunt aduersarii sui. Amici iugurthæ: dicũt me omnino fingere: sed utinam inquit ego aliquando uideam iugurtham sceleratum ita fingentem: & simulãtẽ quemadmodum ego fingo: ut sic pœnas meritas luat scelerum suorum: quæ in patrem meum & fratrem Micipsam ausus ẽ perpetrare. ¶ Q&utinam: idest: sed utinã: ordo est. Quod. i. sed utinam uideam illum simulantem hæc eadem: illũ dico: impio facinore: cuius sum piectus i has miserias. Et aliquando oriaẽ cura rerum humanarũ aut apud uos: aut apud deos immortales: ut ille: qui nunc est ferox: atq; præclarus suis facinoribꝰ excruciatus omnibus malis: reddat graues pœnas ĩpietatis in parẽtẽ nr̃m: & pœnas necis fr̃is mei: & pœnas miseriarũ mearũ. ¶ Sceleribus suis ferox. i. idomitꝰ: & imanis pp scelera sua. ¶ Præclarus: nobilis: per hironiam dictũ. ¶ Impietatis in parentem: quia a quo adoptatus erat in filiũ: eius filios impie persecutus ẽ. ¶ Iã iam aio meo charissime frater. Hic incipit cõclusio: quæ tripliciter tractatur: aut per enumerationem: aut p indignationem: aut per conquæstionem: hic concludit per cõquæstionem. Est autem cõquæstio oratio auditorum misericordiã captans. In hac cõqõne ex pluribus locis misericordiã captat: ex primo loco: cum ostẽdit ex regno ad tãtas miserias esse deductum: ex loco sexto: cum ostẽdit pter spem in tantas calamitates incidisse: ex quarto decimo. cum humili & supplici oratione obsecrat auditores: ut sui misereanẽ: & sibi opem ferant. ¶ Iam iam: color est: qui dicitur conduplicatio: q̃ fit cũ rõne amplificatõis: aut cõmiseratiõnis eiusdẽ unius: aut pluriũ uerborũ iteratio fit. Nũc unius uerbi iteratio est: & orationẽ ad fratrẽ extinctum uertit: ut nece indigna fratris cõmemorata: aĩ oĩum magis ad misericordiã cõmoueaẽ. ¶ Aio meo charissime. Affectũ suũ erga fratrẽ ostẽdit. ¶ Immaturo. i. iuueni. ¶ Et unde. i. quo. s. a iugurtha, ppinquo tuo: & fratre adoptiuo ¶ Vnde minime decuit. Captat misericordiam ex eo loco: per quẽ cum indignatione conq̃rimur: q; male tractemur ab his: a quibus minime conueniat: ppinquis: amicis: qbus bñfecimus minime decuit. i. eripi. Ordo est. O frater chariss͞me animo meo: iam iam tamen puto esse lætandum magis casũ tuũ q̃ dolẽdũ: q̃ uita sit erepta tibi immaturo: &. s. erepta sit ab eo: unde: idest a quo minime decuit. s. eripi. ¶ Casum tuum. i. propter mortem tuã. ¶ Nõ enim. Reddit causam: quare magis lætãdum sit ex morte eius q̃ dolendum. Melius fuit mori q̃ uiuere: sicuti ego uiuo. s. in exilio: in egestate: in erumnis: hæc oĩa mala cum uita simul amisisti. ¶ Fugam. Declarat quid sit fuga. i. exilium. ¶ Premunt: affligunt: erumnas. i. miserias: & labores. ¶ Anima: idest uita. ¶ Præcipitatus: idest deiectus. ¶ Rerum humanarum spectaculum præbeo. Sine dubio ingenti artificio hanc conclusionem tractat. Pauloante (inquit) rex eram: nunc in tanta mala deductus sum: ut rerum humanarum spectaculum & exemplum sim: quia qui me aspiciunt: discunt ex me: q̃ mutabilis sit rerum humanarum natura: quia cum pauloante rex fuerim: nunc autem tam inops & infœlix: doceo rerum humanarum naturam instabilem esse: atq; uolubilem. ¶ Incertus: idest dubius. ¶ Quid agam. Subiectio: quẽ colorẽ ẽt supra tractauit. ¶ Tuas ne iniurias persequar: ipse auxilii egens. q. d. num adhuc persequar fratrem extinctum ab eo. ¶ An regno consulam: idest prouidebo. q. d. non possum: cum uita mea & mors in potestate aliorum sit posita. ¶ Tuas ne iniurias persequar: ipse auxilii egens. O frater: an persequar eum: q tibi iniuriam attulit: cum ego indigeam auxilio. q. d. non possum: non enim possum tibi ad uindicandas iniurias auxilium afferre: cum ego ipse egeam auxilio. ¶ An regno. s. meo. ¶ Cuius. s. mei. Ordo. An ego consulam regno cuius potestas uitæ: & necis pẽdet ex alienis opibus: uita inquit mea & mors ex aliorum pẽdet auxilio. Nã si mihi afferẽ auxilium: uiuã: si negaẽ auxilium: moriar. ¶ Ex opibus alienis. i. ex psidio alieno.

tãtũ illud uereor: ne quos priuata amicitia: Iugurthę parũ cognita, trãuersos agat: quos ego audio sũma ope niti: ambire: fatigarẽ uos singulos: ne q̃d de absente: incognita cã: statuatis. Fingerẽ me uerba: & fugã simularẽ. cui licuerit in regno manere: q; utinã illũ: cuius ĩpio facinore in has miserias p iectus sũ: eadẽ hæc simulãtem uideã: & aliq̃n: aut apud uos: aut deos ĩmortales rerũ humanarũ cura oriaẽ: ut ille. q nũc sceleribꝰ suis ferox. atq; p̃clarus est: oĩbus malis ipse excruciatus: impietatis in parentem nr̃m: fratris mei necis: mearumq; miseriarũ graues pœnas reddat. Iam iã frater aĩo meo charissime: quãquã tibi immaturo: & unde minime decuit: uita erepta est: tñ lætãdum magis: q̃ dolendum casum tuum puto. non enim regnum: sed fugam exiliũ: egestatem & omnes has miserias: quæ me premunt: cũ anima simul amisisti. at ego infœlix in tanta mala præcipitatus ex patrio regno. rerum humanarum spectaculum prębeo: incertus sum quid agam: tuas ne iniurias persequarẽ ipse auxilii egẽs: an regno cõsulamẽ cuius uitæ: necisque potestas ex opibus alienis pẽdet:

IOAN. CHRI. ¶ Vtinam emori:fortunis meis honestus exitus esset:ne uiuere cõtemptus uiderer:si defessus malis iniuriæ concessissem. Vtinam inquit pro dignitate mea honeste mori possem:ne turpiter: & cum dedecore uiuere uidear:si malis defatigatus iniuriam prohibere:& superare non ualens:in regnum nõ rediero. Atq; ita:neq; mihi uiuere placet:neq; mori possum sine dedecore. Adherbal in eo statu:quo nec erat:nec mori:nec uiuere honeste poterat:quia regno:& dignitate:& fortunis omnibus spoliatus:tanq̃ homo priuatus:turpiter cum dedecore & uixisset:& mortuus esset. Quia ergo neutrum honeste facere poterat:medium quoddam petit a senatu:populoq; Ro. ut præsidio eius restituat in regnum. ¶ Vtinam emori .i. utinam mors esset hõestus finis statui meo:& hoc est qđ dicit. ¶ Cõtemptus.i.neglectus spretus. ¶ Iniuriæ cõcessissem.i.locum dedissem iniuriæ:quid est locum dare iniuriæ:nisi uinci ab iniuria:& iniuriã superare non posse. Nunc neq; uiuere libet:quia regno pulsus:& fortunis omnibus spoliatus cũ dedecore uiuo. ¶ Neq; mori licet.i.nec mori possim sine dedecore eadem rõne.s. qa ẽm dignitatem generis mei:regno amisso:& fortunis oĩb9 priuatus mori nõ possem. ¶ Subuenite mihi misero. Item obuiam iniuriæ. Dissolutio ẽ:quæ fit: cum oratio:cõiũctiõibus ex medio sublatis:separatis ptibus:effertur. ¶ Ite obuiam iniuriæ.i.iñiuriam,phibete:arcete:repellite. ¶ Regnũ Numidiæ:quod uestrũ est:qđ est ualidissimum argumentum:& primum:& ultimum ponit. Vult.n. hoc inhærere animis auditorum:regnũ Nũidiæ esse non suũ:sed populi Ro. ¶ Per scælus & sanguinem:cædem fratris sui a iugurtha ppetratã notat:ut animi auditorum cõtra iugurtham ad indignationẽ:& odium cõcitent. ¶ Tabescere.i. corrumpi. ¶ Postq̃:finita oratione Adherbalis: dicit quid ex altera parte legati rñderint. ¶ Largitione:quã fecerãt:ut supra dixit. ¶ Quũ cã eorũ turpis erat. ¶ Freti:cõfisi. ¶ Paucis.i. cum paucis uerbis. ¶ Hiẽpsalẽ ob. hoc falsũ est. Adherbalẽ ultro bellũ inferẽtẽ. Et hoc quoq; est falsũ. ¶ Vltro.i.sponte:quũ,puocatus nõ eẽt. ¶ Quæri:pro cõqueri. ¶ Adherbalẽ:p oĩa subaudit rñdẽt:uel dicũt:nam rñdentes dicebant. ¶ Ac Numantiæ cognitus eẽt:uirtutẽ iugurthæ in bello Numantino monstratam in memoriam reducũt. ¶ Ac p quã. ¶ Vtriq;:& rex:& legati. ¶ Curia.i. senatu

utinã posse emori. fortunis meis honestus exitus esset. ne uiuere contẽptus uiderer. si defessus malis. iniuriæ concessissem. Nũc neq; uiuere libet mihi. neque mori licet sine dedecore. P.C. obtestor uos p liberos. atq; parẽtes uestros p maiestatẽ po. ro. subuenite mihi misero. Ite obuiã iniuriæ. nolite pati regnũ Numidiæ. qđ uestrũ ẽ. p scęlus. & sanguinẽ familię nostrę tabescere. Postquam rex loquẽdi finẽ fecit. Legati Iugurthæ largitiõe freti magis q̃ cã:paucis rñdẽt. Hiempsalem ob sęuitiã suã a Numidis interfectũ. Adherbalẽ ultro bellũ inferentem. postquã superatus sit. q̃ri q iniuriã facere nequisset. Iugurtham ab senatu petere. ne se alium putarent. ac Numantię cognitus eẽt. neu uerba inimici ante facta sua ponerẽt. Deinde utrique a curia digrediuntur. Senatus statim consulitur. Fautores legatorum. præterea senatus. deprauata gratia. magna pars Adherbalis dicta cõtemnere. Iugurthæ uirtutẽ extollere laudib9: grã. & uoce. Deniq; omnibus modis pro alieno scelere. sua quasi p gloria nitebant. At contra pauci. qb9 bonũ & æquũ carius diuitiis erat. subueniẽdi Adherbali. & Hiẽpsalis mortẽ seuer uindicãdã cẽsebant. sed ex omnibus maxime Aemilius Scaur9

¶ Consulitur.i.rogatur. Nam qui senatum rogabat:proposita re:de qua deliberandum eẽt. unumquemq; senatorem rogabat.ut sententiam suam diceret. deinde:cum super ea re satis dictum uideretur: senatores in sententiam mittebantur. Nam ab una parte curiæ:in alteram partem transferebantur. Et hoc erat ire pedib9 in sententiam:quicquid maior pars decreuisset scriptis notabatur. Et id tale dicebatur Senatusconsultum: uel Decretum Senatus. ¶ Deprauata gratia:idest ficta:& corrupta ipsa gratia:siue per gratiam. ¶ Contemnere dicta Adherbalis.,p contemnebãt. ¶ Extollere iugurthæ uirtutem:pro extollebãt:idest laudabãt. ¶ Nitebantur pro gloria:idest certabant. ¶ Pro alieno scelere.s.ipsius iugurthæ:ita contendebant pro scelere iugurthæ:ut scelus iugurthæ defenderent:qui & Hiempsalem interfecerat:& Adherbalem regno spoliauerat ¶ At contra bonum & æquum:idest honestum:& iustum:idest honestas:& iusticia. ¶ Seuere:idest iuste: & pro merito uindicandum:idest puniendum. ¶ Censebant:iudicabant. ¶ Sed ex oĩbus maxime Aemilius Scaurus: scilicet censebat. Super omnes Aemilius Scaurus censebat Adherbali esse subueniendum:& iugurtham esse puniendum:qui Scaurus:quãuis auarus & diuitiarum cupidus esset:tamen non permisit se a legatis pecunia corrumpi:quia uidebat eam largitionem tam aperte:& impudenter fieri:ut inuidiam in eos qui corrupti essent:accendere posset. Mores autem Scauri describit:hac de causa:quia cum diuitiarum & potentiæ cupidus esset:mirum uidetur:q & ipse non fuerit a legatis largitione corruptus: sed Salustius causã ostendit:quare non permiserit se corrumpi:& dicit:Scaurus quidem erat potentie cupidus & diuitiarum: sed sua uitia calide & astute occultabat. Nolebat enim:ut omnes uitia sua intelligerẽt. Et ideo cum uideret eam largitionem:quam legati iugurthæ faciebant:esse nimis apertam,: & impudentem:ita ut inuidiam accendere posset:& continuit seipsum. & nihil pecuniarum a legatis iugurthæ accipere noluit. & propterea libere contra iugurtham in senatu locutus est. Et hoc est quod dicit. Homo nobilis ex gente patricia.

IOAN. CHRI.

Impiger in laboribus exercitatus. Factiosus. quia factiões amabat. Auidus. cupidus. Callide. astute malicioſe. Is postq̃. Ordo ẽ. Is ueritus. s. id qđ solet fieri in tali re. s. ne polluta Inia accẽderet nimiã inuidiã: cõtinuit aĩum a ɔsueta libidine. postq̃ ille uidet famosam. & impudẽtẽ largitionẽ regis. Regis. s. Iugurthæ: quã faciebãt legati ei⁹. Famo. i. isamẽ. & turpẽ. Impu. qa nimis apte: & ĩpudẽter eã largitionẽ faciebãt legati. Veritus. i. timẽs. Qđ in ta. re fieri so. Sic. n. euenire solet: ut eiusmodi largitiões odiũ: & inuidiã pariãt. qa corrũpũt ueɋ aĩ iudiciũ. Nã cũ hõ uel pecuniis: uel munere aliquo: uel grã corruptus ẽ: nõ dicit id qđ sentit: & plærũq; nõ sentit id: qđ sẽtirẽt. Ne pollu. Inia. i. ne turpis. & ĩhonesta largitio. Accẽ. concitaret. Aĩum a ɔsueta libidĩe continuit qa nihil a legatis accipe uoluit. A consueta libidĩe. nã supra dixit eum fuisse cupidum diuitiarũ. Dicit tamen. quãuis pauci senatores. & maxime Scaurus. cuius magna erat ĩ senatu auctoritas cẽserẽt: Iugurthã eẽ puniendũ. & Adherbali subueniẽdum. tñ fautores Iugurthæ uicerũt. s. ne qđ cõtra ipm decerneret. uidelicet. ne ꝑ tãtis sceleribꝰ puniret. Nam uerebatur se regno. & uita spoliari. queadmodũ ipse Hiẽpsalem interfecerat. & Adherbalem regno priuauerat. Pars illa. uidelicet fautores Iugurthæ q corrupti erãt pecunia. & q ꝓponebãt pecuniam. & gratiã ueritati. Quæ uero ꝓcium: aut gratiam anteferebat. i. qui præponebat pecuniam: & gratiam ueritati. Vero. idest ueritati. Decretuȝ fit Dicit quid decreuerit senatus. Decreuit senatus: ut eligerent decem legati ex Romanis: q diuiderẽt regnũ totũ: quod Micipsa tenuerat: inter Adherbalẽ & Iugurthã. Qui cõsul. Caio graccho: &. M. Fuluio Flacco interfectis accerrime uictoriã nobilitatis in plæbẽ exercuerat. Dicit quãobrẽ. L. Opimius prĩceps illiꝰ legationis eo tpe fuerit potẽs in senatu. Hic Lucius Opimius accerrime ꝑ dignitate: & ptibus senatus contra plæbẽ: &. C. gracchũ tribunũ plæbis dimicauerat. cũ eẽt ɔsul. Res aũt ita gesta est. Caius graccus tribunus plæbis plures leges ad minuendã nobilitatis potẽtiã. & ad conciliandã sibi populi beniuolentiã tulit. uelutí de coloniis deducẽdis: de uestibus publice militibus dãdis sine stipendiorũ diminutiõe: de iunioribꝰ decẽ & septẽ ãnis ad militiã nõ cogẽdis: tulit & đ suffragiis socioɋ: pares Italos: & ciues constituẽs. Tulit: & frumẽtariã legẽ: de ãnona paupibꝰ assignãda. Tulit de iudicibus deligẽdis. Nã cũ soli antea senatores iudicarẽt: ob eãq; rẽ a plæbe timeret: trecẽtos ex eq̃stri ordine iudices adiecit parẽ senatoribus numeɋ statuẽs hæc lex potẽtiã senatus magna ex pte ꝓcidit: ac minuit. Vias: lapide laborato: & arenã sũma diligẽtia mũiuit. Ob hæc cũ se sũme gratũ a populo credidisset. Caiũ Saniũ aĩcũ suũ ad ɔsulatũ grã & fauore suo ꝓuexit. Ipse tri. plæbis scđo creatꝰ ẽ: plæbe id iubẽte: sine ulla ipsius petitiõe. Sed cum senatũ sibi ĩfestũ aĩaduerteret Fanium uero cõsulẽ ob id ipm minus potẽtẽ: qa sibi aĩcus erat. rursus aliis legibus ꝓmulgatis: aĩos plæbis suscitauit Colõias Tarẽtũ: atq; Capuã mittẽdas: & latios ĩ cõionẽ ciuitatis uocãdos decernẽs. Sed cum. L. Opimius factus cõsul multas ex legibus a. C. Graccho latis abrogare decerneret: erat enĩ ei inimicꝰ: q; Graccho Saniũ amicũ suũ ĩ comitiis ꝓferret. repulsam cõsulatus antea acceperat: Gracchus multitudĩe collecta: aduersus cõsulẽ resistere statuit: amicis eius: & maxĩe Fuluio Flacco uiro cõsulati familiari suo: & ĩ diuisiõe agroɋ: collega cohortãte eũ: atq; ĩcitãte. Quo die Opimius de abrogãdis legibꝰ Gracchiãis erat laturꝰ prĩa luce ab utrisq; Capitoliũ occupat: ibi dũ cõsul sacra fecisset: minister qdam Antillus nomine intestina aspor tãs: illis q circa Fuluiũ erãt: dixit. Cedite bõis ciuibus mali ciues: quo dicto minister a Fuluiãis stati occidit. Ea de re Caius gracchus quidẽ ĩdoluit. At. L. Opimꝰ cõsul: q̃si data occasiõe: ad ulciscẽdũ suos hortatus est Imber ea die certamẽ diremit. Postero die cõsul senatũ sũmo mane in curiã uocat: ibi dũ de repu agеretur corpꝰ Antili cũ plãctu secus curiã defert: simulãte cõsule: id se mirari: senatu egredit: & ad ĩdignationẽ cõcitatꝰ decreuit: ut Opimius cõsul uideat: ne qđ resp. detrimẽti capiat: ille statim iubet: ut Sẽatus arma capiat: atq; æquites Romãi singuli binos seruos cũ armis postridie adducãt. At Fuluiꝰ ɔtra se par: & plæbẽ colligere cœpit. Igit postero die Fuluiꝰ cũ armatis hoibꝰ mõtẽ Auentinũ occupat: hũc secutus est Gracchus tristis nec armatus: sed uelut ĩ forũ iturus: togatus: ꝑuo dũtaxat gladio accinctus: ubi Gracchꝰ cũ sua multitudine se Fuluio cõiũxit: cõmũi cõsensu miserũt iuniorẽ filiũ Fuluii cũ caduceo ad senatũ: & cõsulẽ: q de concordia ageret: cõsul Opimius rñdit: si de cõcordia agere uellẽt. de Auẽtino descẽderent: & se iudicio Senatus permitterẽt: ac ueniã postularent. Quod cum adolescens: Graccho & patri retulisset: ferũt Caium Graccũ uoluisse ad Senatum descendere. Sed cæteris non probantibus: iterum remissus est adolescens cum mandatis similibus. At Opimius pugnandi cupidus: puero in custodiam tradito: contra Gracchum & Fuluiũ cũ multitudine armatorũ ac sagittariorum Cretensium profectus aduersarios prœlio cõmisso pturbat: & in fugã uertit. Fuluius in quoddã balneum se cõiecit: ac paulopost depræhensus cũ maiore filio occiditur. Gracchus fugiens cum in templum Dianæ se contulisset: & sibi ipse uim inferre uellet: a Licinio: & Põponio fidelissimis familiaribus ꝓhibitus ẽ. Itaq; in fugam conuersus cum aduersarii iuxta põtẽ ligneũ illum iã assequerentur. Licinius & Põpo. amici se obiicientes non prius quẽquã transire ꝑmiserũt: quã ipsi pugnãtes occisi sunt.

impiger: factiosus: auidus: potẽtię: honoris, diuitiarũ. Cęteꝝ uitia callide sua occultãs. Is postq̃ uidet regis largitionẽ famosã: ĩpudẽtẽq; uerit⁹: qđ in tali re fieri solet. ne polluta Inia iuidiã accẽderet: aĩum a ɔsueta libidĩne cotinuit. Vicit tñ in senatu ps illa q̃ uero ꝓciũ: aut gratiam anteferebat. Decretũ fit: uti decẽ legati regnũ: qđ Micipsa obtinuerat: iter Iugurtham. & Adherbalem diuiderent: cuius quidem legationis princeps fuit. L. Opimius homo clarus: & tum in senatu potens: qui consulibus:

IOAN. CHRI. Cum.C.Graccho Seruus unus aufugerat Philocrates:ac cũ uniuersi certatĩ eũ hortarent̃:nemo tñ auxiliũ pstaret:nec peteñti equũ qsq̃ ɔcederet:& iã aduersarii adessent:cũ se in sacrũ deaꝝ nem⁹ ꝓripuit.ibiq; a Philocrate seruo occidit̃:q prio dñm:deide seipm pemit.Caput eius abscisum : & Septumuleo quodã relatũ: statera deide ĩpositũ libraꝝ.x.&.vii.ac dimidiæ põdus traxit:detracto cerebro:& ꝑ eo plũbo ĩfuso a Septumuleo:ut æquũ põdus auri de publico:ut erat ꝓmissũ:accipet.In eo certamĩe cæsa sũt circiter tria milia hominũ ex plæbe.Corpa Caii Gracchi:& Fuluii:& alioꝝ hoĩum ĩ Tyberi,piecta sũt:bõaq; eoꝝ publicata: edictũ est mulierib⁹:ne lugerẽt. ¶ Accerrime uictoriã nobilitatis in plæbẽ exercuerat.Nã ut supra apparet.Opimius consul uictor cũ tota nobilitate tria milia hoiu; ex plæbe occidit:& qđ crudelissimũ fuit.occisos sepultura spoliauit: cadauerib⁹ ĩ Tyberi proiectis. ¶ Eũ Iugurtha.Opimi⁹ priceps legatõis:cũ ad Iugurthã uẽiss;:splẽdide susceptus ẽ a rege:atq; ab eo pecunia corrupt⁹:cõmodũ regis famæ:& fidei suæ anteposuit.Ob quã rẽ cũ Ro.rediisset:cũ sũmo dedecore ĩ iudicio dãnat⁹ est:ut tradit Plutar.ĩ uita Gracchoꝝ. ¶ Accuratissime:diligẽtissime. ¶ Perficit obtinuit. ¶ Famæ:fidei: qa pecunia corruptus Opimi⁹ pluris faciebat cõmodũ regis : q̃ famã suã:& fidẽ.Nã ĩ diuisione regni meliorẽ ptẽ Iugurthæ assignauit. ¶ Eadẽ uia.i.eadẽ rõne.s.largitõe pecuniaꝝ. ¶ Plærosq;:maiorẽ ptẽ legatorũ pecunia corrupit:pauci tamẽ ex ipsis corrũpi nõ potuerũt. ¶ In diuisiõe:dicit meliorẽ ptẽ regni p legatos Iugurthæ fuisse assignata;: pulchriorẽ uero Adherbali. ¶ Quæ ps subaudit̃ ea s.ps.Mauritaniæ. in q̃ habitant Mauri. ¶ Illam alteram.Ordo ẽ.Adherbal possedit illã altera; ptẽ:potiorẽ specie.i.pulchriorem:q̃ utiliorem. ¶ Specie.i.pulchritudine. ¶ Quã usu .i. utilitate. ¶ Quæ portuosior:qa hæc ps plures port⁹habebat. ¶ Res.i.propositum. ¶ Postulare:exiger̃ ¶ S; quæ loca.Ordo ẽ .S; ego haud facile narraui cõpertũ de his.s.locis & natiõibus:q̃ loca: & natiões sunt minus frequẽtata:aut asperitate aut solitudine ob calorẽ.De situ Aphricæ toti⁹ uidet̃ esse dicẽdũ:sed qm̃ in Aphrica loca sĩt: & natiões:ad q̃s hoĩes accedere non pñt pp aspitatẽ.& solitudinẽ ipsorũ locoꝝ:quæ est ĩ eis locis pp solis calore;:iõ de his locis nõ dicã: qa đ his uerã nõ hẽmus cognitionẽ. ¶ Ob calorẽ:nã Aphrica in meridie posita est:& circa eã calor solis uehemẽter exæstuat:adeo:ut multa loca habitari non possint propter solis calorem:de qbus locis se facile dicere nõ posse affirmat. ¶ Aut asperitate:aut solitudine minus frequentata.Conceptio generis est:nã neutrum genus cõcipit masculinum:& fœmininum:ut hoc loco.Cum dixisset:loca & nationes: intulit frequentata: & neutro rñdit.Dicit.n.ea loca nõ esse freq̃ntata & celebrata pp locoꝝ nimiã asperitatẽ:& solitudinẽ: quæ est in eis locis:& hoc propter nimiũ solis calorẽ:& ideo ad ea loca rarissime homies accedũt:& ppea de his perfecta:& uera cognitio haberi nõ põt:& cum uera non possit haberi cognitio:de his dicit se nõ eẽ scriptu rũ. ¶ Compertum:cognitũ. ¶ Cætera q̃ paucissimis absoluã.i.reliq̃ loca:uidelicet:q̃ sunt frequentata : & de qbus põt haberi certa noticia:paucis uerbis exponã. ¶ Quã paucissimis.i. ualde paucis uerbis. ¶ Absoluã idest perfecte exponam.Nam absouere est perficere:ita ut nihil desit. ¶ Absoluam:idest dicam:& exponam.

C.graccho:&.M.Fuluio Flaccho ĩterfectis acerrime uictoriam nobilitatis in plæbẽ exercuerat:eũ Iugurtha: tametsi Romæĩ amicis hũerat: tñ accuratissime accepit. Dando & pollicendo multa perfecit:uti famæ. fidei: postremo omnibus suis rebus commodum regis anteferret. Reliquos legatos eadem uia aggressus est. plærosque capit. paucis charior fides. q̃ pecũia fuit. In diuisione regni. quæ pars Numidiæ Mauritaniam attingit. agris uirisque opulentior Iugurthæ traditur. illam alteram specie potiorem quam usu. quæ portuosior. & ædificiis magis exornata erat. Adherbal possedit.Res postulare situm Aphricæ uidetur paucis exponere.& eas gentis.quibus cum nobis bellũ. aut amicitia fuit. attingere.Sed quæ loca. & nationes ob calorem . & asperitatem inter solitudines minus frequentata sunt.his haud facile compertũ narrauerim.Cætera q̃ paucissimis absoluam.



IN diuisione orbis terræ plæriq; ĩ pte tertia Aphricã posuere. Pauci tãtũmõ Asiã. & Europã ee:sed Aphricã ĩ Europa. Ea fines hẽt: ab occidente fretum nostri maris & oceãi : & ab ortu solis decliuẽ.

IN diuisiõe.Dicit cõem esse opinionem scriptorum:q orbis terraꝝ ĩ tres ptes diuisus sit.s.Asiã Europã:& Aphricã.Fuerũt tñ qui dicerent orbem terrarũ tantũ in duas ptes esse diuisum.s.in Asiã & Europã.Et hmõi Aphricã ĩ pte Europæ posuerũt. ¶ Plæriq;.i.maior ps scriptoꝝ. ¶ Posuere.i.scripsere.Nã ponere significat scribere.Horati⁹ Scriptor honoratũ:si forte repõis Achillẽ.Iuuenalis.Semp ego auditor tm̃:nũq̃ ne reponã.i.rescribam.Persius.S; is põere lucꝝ. ¶ Pauci tantũ: subaudi posuere. ¶ Sed Aphricam in Europa esse:subaudi posuere. ¶ Ea fines.Describit Aphricã & ei dat terminos ab oriente:& ab occidente. ¶ Ea scilicet Aphrica. ¶ Fretum nostri maris: ideſt aquã nostri maris.Nã fretũ licet mare significet:proprie tñ dicitur aqua maris mobilis:ab undarum feruoř noiatũ. ¶ Et oceani.Oceanus est mare magnũ:qđ uniuersam terrã ambit. ¶ Ab ortu solis declinẽ latitudinẽ: scilicet habet. ¶ Ab oriente(inquit) Aphrica habet fines:latitudinem quandam decliuem:idest pendentem.

JOAN. CHRI.

¶ Quem locum Cathabathmon incolæ appellant: habitatores eum locum lingua punica appellāt Cathabathmon. ¶ Mare sæuum. s. est. i. ad nauigandum difficile: & periculosum. ¶ Ager fertilis frugum: per oīa subauditur est. Terra inquit fœcunda est: & fructifera. ¶ Bonus pecori. Ager Aphricæ bonus est: & utilis pecori: qa pascua habet latissima: pecoris autem appellatione omnia animalia grandiora intelliguntur. ut sūt armenta: & greges. ¶ Arbori infœcundus: sterilis est arboribus. Nam ibi arbores non nascunt: uō aūt subinfertur statim. qa ibi neq; de cœlo pluit aqua: neq; de terra manat. ¶ Penuria. i. inopia. ¶ Genus hominū salubri corpore. Non potuit breuius: & perfecti⁹ cūcta describere. In Aphrica (inquit) hoīes corpora habent sana: raro morbis: & infirmitatib⁹ obnoxia. & ideo maiori ex parte hoīes usq; ad senectutē uiuunt. ¶ Velox: quantum ad cursus celeritatem. ¶ Plerosq;. i. maiorē ptem. ¶ Senectus dissoluit. Dicit hoīes ibi pro maiori parte nō mori: nisi senectute. ¶ Dissoluit. i. interemit ¶ Ferro. uidelicet ī pugna dimicando: aut ī aliquo priuato certamine. ¶ Bestiis: uidelicet: uel leonibus: uel aliis feris. ¶ Nā morbus. Vere dico: quia pro maiori parte intereūt. uel senectute: uel ferro: aut bestiis: qa ex morbo raro moriuntur. ¶ Supat: occidit: interimit. Virgi. primo æne. Clam ferro incautum superat. i. interficit. ¶ Ad hoc. i. præterea. ¶ Malefici generis plura animalia. s. sunt: ut leones: & serpentes. ¶ Sed q mortales. Descripsimus Aphricam: & fines ei⁹: & qualitatē terræ: atq; hoīum. Nunc dicemus q hoīes prio habitauerint Aphricā. Deinde q adiuncti cū prioribus se cōmiscuerint. Et hoc quod dicā: licet dissentiat a fama multorū: tamen ita nobis interpretatū est ex libris punicis: q fuerunt Hiempsalis: & ita ēt res se habet sicuti habitatores Aphricæ putant. Ordo est. Sed tñ ego quā paucissimis dicā. qui mortales habuerint Aphricā in initio: & q postea accesserint: aut quomodo sint permixti iter se: uti ē nobis interptatum ex libris punicis: q dicebāt .s. eē regis Hiempsalis. & ut cultores eius terræ putāt: rem sese habere: q̄q̄ est diuersum ab ea fama: q obtinet plerosq;. ¶ Mortales: hoīes. ¶ Aphricā habuerint. i. habitauerint. ¶ Quiq;: & qui hoīes postea supuenerint: & additi sint: & adiūcti. ¶ Inter se pmixti: uidelicet posteriores cū priorib⁹. ¶ Quāquam ab ea fama: q plærosq; obtinet diuersum est. i. q̄q̄: hoc: quod dicam: dissentiat a fama multorum. Nam multi dicunt rem non ita sese habere. ¶ Diuersum. differēs. Tamē uti ex libris punicis: qui regis Hiempsalis dicebantur: nobis interptatum est. Salustius libros lingua punica conscriptos habebat: qui aliquando regis Hiempsalis fuerant. Eos cū nō intelligeret ,ppter diuersitatē linguæ: sibi fecit interptari: ex qbus libris accepit. qui primi homines fuerint. qui Aphricam habitauerint. ¶ Cultores. i. habitatores. ¶ Eius terræ. scilicet Aphricæ. Opinio eorum: q nunc habitant Aphricam: conuenit cum his: q accepi ex libris punicis. ¶ Rem sese hr̄e. i. rē ita esse: & ueritatem ita esse. ¶ Cæterum fides ei⁹ rei penes authores erit. sed hoc (inquit) credet authorib⁹ punicis nō mihi: qa authores punici hoc ,pbe esse ponunt. ¶ Aphricam in initio. Primi qui habitauerunt Aphricam fuerunt Getuli: & Lybes: qui ritu ferarum sine legibus: & sine ullo rectore uiuentes sparsi uagabantur. Deinde mortuo Hercule gentes diuersæ: quæ erant in exercitu eius ex Hispania p mare in Aphricā transierūt. Hæ aūt gentes erāt Mœdi. Persæ: Armeni. Sed Persæ coniunxerunt se Getulis. & cōnubia miscuerunt. Mœdi & Armēi adiunxerūt se ad Lybes. Et ita paulatim in Aphrica creuit numerus incolarū: urbesq; ædificari cœptæ sunt ab his: qui antea in tugutiis habitabant. Postea etiam Phœnices uenerunt in Aphricam: & multas urbes cōdiderūt. quas Salustius inferi⁹ cōmemorat. ¶ Habuere. i. habitauer. ¶ Asperi. i. duri. & rigidi: q̄tum ad uictum. nam carnibus ferinis: & pabulo uescebantur tanquam pecora. ¶ Inculti: q̄tum ad uestitū. ¶ Atq; humi. i. ex terra. ¶ Moribus neq; legibus. Inter mores. & leges hoc itereſt. Mos ē cōis cōsensus oīum simul habitantiū. q iueteratus cōsuetudinē facit. Lex est q aliquid fieri nō fieriue pcipit: aut uetat. ¶ Palātes. i. sparsi: & uagantes. ¶ Quo: subauditur ea parte certas: & stabiles sedes. aut domicilia nō habebāt. Sed ubicūq; nox eos inuenisset: ibi habitabant. ¶ Sed postq̄: cum inquit Hercules in Hispania mortuus esset: exercitus eius: q mixtus erat ex diuersis gentibus: statim dissipatus est: quia cū essent diuersæ nationes p gentes: simul stare nō potuerunt: amisso duce. & iō pars eorū ex Hispania p mare trāsiuit in Aphricā. ¶ Exercitus eius compositus. i. mixtus: ¶ Ex uariis gentibus. Nam alii erant Mœdi: alii Persæ: alii Armeni.

Quem locū Cathabathmō incolæ appellāt: mare sæuū: importuosū. Ager frugū fertilis: bonus pecori. arbori infœcūdus. cœlo. terraq; penuria aquarū genus hominū salubri corpe: uelox. patiens laborū: plærosq; senectus dissoluit: nisi q ferro. aut bestiis iteriere. Nam haud morbus sæpe quēquā supat. Ad hoc malefici generis plura aīalia: sed qui mortales ī initio Aphricam hūerint. q̄q̄ postea accesserint. aut quō iter se pmixti sūt: q̄q̄ ab ea fama: q plerosq; obtinet. diuersum est: tñ uti ex libris punicis. q regis utiq; rē sese hr̄e cultores ei⁹ terrę putant. Hiēpsalis dicebāt: iterptatū nobis ē. q̄ paucissimis dicā. Cęterū fides eius rei penes auctores erit. Aphricā hūere in initio Getuli. & Lybes. asperi: incultiq;. qb⁹ cib⁹ erat caro ferina: atq; humi pabulū uti pecorib⁹. Hi neq; morib⁹: neq; lege. aut imperio cuiusquam regebantur. uagi palantes. quo nox coegerat. sedes habebāt. Sed postquam in Hispania Hercules. sicuti Aphri putant. interiit: exercitus eius compositus ex uariis gentibus.

IOAN. CHRI. ¶ Amisso duce. idest Hercule. ¶ Passim. i. ubiq; p oēs. ¶ Imperiū petētibus: qa unusqsq; sibi qrebat imperiū ¶ Breui dilabitur. i. dissipatur: & ruit. ¶ Proximos. i. uicinos. ¶ Nostro mari. i. Aphrico mari. i. Romano. i. mari: p qd nos Romani nauigamus: & sub imperio nro tenem⁹. Sed Persæ intra Oceanū magis. s. occupauerūt locos. Nā hi retrahētes se longius a nostro mari mediterraneo: magis Oceanū uersus habitauere. ¶ Hi alueos nauiū inuersos: alueí nauiū inuersi fuerunt eis. ¶ Tuguria: quia sub fundis nauiū inuersis habitauerūt Et cām ostendit: quare sibi aliter domos ædificare nō potuerūt: qa nec ī Aphrica materies lignorum erat: nec ab Hispanis emere poterāt: aut cōmutare. Nā iter Aphricā & Hispaniā mediū est mare. & ꝑterea cum linguā Hispaniæ ignorarēt: nō satis cōmode negociationes exercere poterāt. ¶ Materies: uidelicet ligna. Nam supra dixit terram Aphricæ esse infœcundam arboribus: propter nimiū caloris æstum. ¶ Copia. i. facultas: & declarat: quare nō poterāt emere ab Hispanis: aut cōmutare. quia mare: & ignara lingua ꝓhibebant. ¶ Mare magnum. i. mare oceanū: qd est īter Aphricā & Hispaniā. ¶ Ignara. i. ignota: incognita. s. lingua Hispana ignota ipsis Persis: uel ignara lingua. s. sua. i. ignorans. ¶ Cōmercia. i. negociatōes. ¶ Hi. s. Persæ. ¶ Et qa sæpe tētantes agros. Dicit quār hi Persæ cū Getulis adiūcti Nūidæ sint appellati: hi ab initio q̄litatē agroꝝ tentātes sepi⁹: ut terrā fertilē & fœcūdā inuenirēt: multa loca diuiserūt: & a diuidēdo semetipos Numidas appellauerūt: a græco uocabulo. Nā νεμω̑ω significat diuido ¶ Partiuerant. Antiqui ptior & partior dicebāt ut hoc loco partiuerāt dixit. ¶ Nos aūtem partior dicimus. ¶ Tentātes agros. idest qualitatē agrorum probantes: an fœcūda esset in eis terra: an nō: ex hoc eueniebat: ut multa loca diuiderent: qa agros: quos steriles & infœcūdos ꝓbabant: eos deserebant: & relinquebāt: atq; alios tentabant. ¶ Cæterum adhuc ædificia Numidarum. Dicit ergo Salustius: ꝙ usq; ad sua tempora ædificia domorum agrestium: siue rudium Numidarum gentium in modum: siue ad instar carinaꝝ erāt facta: qa sic a principio alueos nauiū īuersos ꝓ tuguriis habuere. ¶ Mapalia illi uocant. Ex hoc ergo loco apte colligitur: quid significent mapalia. Nā Mapalia sunt domus hominum agrestium in agris. ¶ Incuruis: idest flexis: & incuruatis. ¶ Nauium carinæ. Carina ē ps nauis inferior. ¶ Mœdi aūt: & Armeni accessere Lybes. Ita qdem Persæ cōiunxerunt se Getulis. Sed Mœdi & Armeni adiunxerūt se ad Lybes populos. ¶ Accessere Lybes. i. cessere ad Lybes. i. peruenerunt ad Lybes: & se eis cōiunxerunt. Lybes autē magis mare Aphricū Romā uersus agitabant. Getuli uero in meridiem magis uersi non ꝓcul a solis ardoribus habitabant. ¶ Mare ꝓpius Aphricum. i. magis ꝓpe Aphricū. ¶ Agitabant. i. habitabant: & uiuebant. ¶ Sub sole magis. in plagam australem magis descendentes. ¶ Hi q; mature oppida habuere. Mœdi & Armeni celeriter urbes habuerūt. qa per mare Aphricū in Hispaniā nauigare: & mercaturā exercere poterant. ¶ Qui. s. Mœdi: & Armeni. Nec quēquā mouere debet: ꝙ relatiuum: sit ab antecedēte tam longe distet. quia hæc oīa p parenthesim interposita sunt: uidelicet. ¶ Nā hi Lybes marē ꝓpius Aphricū agitabant: Getuli sub sole magis haud ꝓcul ab ardoribus. ¶ Mature. i. celeriter. ¶ Oppida: urbes. ¶ Freto. i. mari. ¶ Diuisi ab Hispania. qa ut dictū est. mare diuidit Aphricā ab Hispania. ¶ Mutarē res inter se instituerāt. Hac de cā (inquit) Mœdi. & Armeni celeriter urbes condiderunt: quia per mare in Hispaniā nauigare poterāt: & mercaturam exercerē. unde cito facti sunt opulenti. Sed mirum uī: ꝙ supra dixit Persas: qui postea Numidæ sunt appellati: ideo alueos nauium īuersos ꝓ tuguriis habuisse: ꝓpea ꝙ domos & urbes ædificare nō poterāt: qa ab Hispanis materiā ædificādi emere non poterāt: nec res cōmutare: quia mare ꝓhibebat: qd mediū erat. Nūc aūt dicit Mœdos & Armenos celeriter urbes ædificasse: opportunitate maris: p qd in Hispaniā nauigabant. interueniēte. Ergo mare Persis erat īpedimēto: & Mœdis: atq; Armenis adiumēto ad nauigandū in Hispaniā. Hoc certe miꝝ uī: sed maria erāt diuersa. Ocean⁹. n. marē magnū Persas ab Hispanis diuidebat: & p oceanū nauigarē nō poterāt. Mœdi āt: & Armeni cōmode p marē Aphricū in Hispaniā nauigabāt. ¶ Insti. i. incœpant. ¶ Mutare res. i. mercaturā exercerē: q̄ fit p cōmutationē reꝝ.

amisso duce, ac passim: multis sibi impium petētibus: breui dilabitur. Ex eo nūero Mœdi. Persæ. Armeni nauibus in Aphricam trāsacti. ꝓximos nro mari locos occupauerē. Sed Persę ītra magis oceanū. Hiq; alueos nauiū īuersos ꝓ Tuguriis habuere. quia neq; materia in agris. neq; ab Hispanis emēdi: aut mutuādi copia erat. marē magnū: ignara lingua cōmercio ꝓhibebant. Hi paulatim ꝑ cōnubia Getulos secū miscuere. & qa sępe tētantes agros. alia deinde loca petiuerāt: semetipsi Numidas appellauerē. Cæteꝝ adhuc ædificia Numidaꝝ quæ agrestiū mapalia illi uocant. oblōga: curuis lateríb⁹ tecta: quasi nauiū carinæ sunt. Mœdi autē: & Armēi accesserē Lybes. Nā hi mare ꝓpi⁹ Aphricū agitabant. Getuli sub sole magis. haud ꝓcul ab ardoribus. hiq; mature oppida habuere. nam freto diuersi ab Hispania mutare res inter se constituerant. Nomen eorum paulatim Lybes corrupere: barbara lingua Mauros ꝓ Mœdis appellātes. Sed res Persaꝝ breui adoleuit. ac postea noie Numidæ ꝓp multitudinem a parentib⁹ digressi possidere ea loca: quæ proxime Carthaginem Numidia appellatur. Deinde utriq; alterius freti: finitimos armis: aut metu sub imperium suū coegerē.

¶Nomen eoꝝ paulatim Lybes corrūpere. ſubauditᷓ īſtituerāt. Cœperāt inqt Lybes populi paulatī corrū-pere nomē Mœdoꝝ. ꝑ Mœdis Mauros uocātes. ¶ Libes cū his ſe coniunxerāt Mœdi: & Armenii ut paulo ante dixit. Sed res Perſaꝝ. Dicit quēadmodū hæ gētes ī Aphrica creuerint: & impiū auxerint. ſ. Mœdi: Armenii. Perſæ: & Mædos qdē: atq; Armēios dixit celeriter urbes ædificaſſe. qa cōmode in Hiſpaniā nauigare poterāt: & mercaturā exercerᷓ. Nūc dicit qūo creuerīt Perſæ: q Nūidæ ſūt appellati. ſicuti ſupra dixit. ¶ Sʒ res Perſaꝝ. i. impiū. Virgi. iii. æneidos. Poſtq̄ res Aſiæ. Priamiq; euertere gētem. ¶ Breui. ſ. tpe. ¶ Adoleuit. i.

nomē: gloriāq; ſibi addidere: magis hi: q ad noſtꝝ mare ꝓceſſerāt: qā Lybes q̄ Getuli minꝰ erāt bellicoſi. Deniq; Aphricę ps īferior. pleraq; a Nūidis poſſeſſa ē: uicti oēs in gētē nomēq; impantiū ꝯceſſere. poſtea Phœnices alii multitudinis domi minuēdę gr̄a: ps cupidie impii: ſollicitata plębe. & alii nouaꝝ reꝝ auidi Hiponē: Adrumētū: Lepti: aliaſq; urbes ī ora maritima ꝯdiderᷓ. hæq; breui multū auctæ. ps origibꝰ ſuis p̄ſidio: alii decori fuere. Nā de Carthagie ſilere meliꝰ puto. q̄ paꝝ dicere. quoniā

creuit: ac ſi diceret: ita qdem Mœdi: & Armenii nauigādo: & mercaturā exercēdo cito urbes cōdiderūt: & opulēti facti ſunt. Sed & Perſæ breuiter īperiū ſuū auxerūt: nō mercaturā exercēdo: ſʒ bella gerēdo. Nā Perſæ: q Nūidæ ſūt dci: finitimos populos bello ſupatos īperio ſuo ſubegerūt: atq; ita gloria belli magni fci ſūt. ¶ Ac poſtea Nūidæ noie pp multitudinē a parentibꝰ digreſſi: poſſedere ea loca: q̄. ꝓxīe Carthaginē: Nūidia appellabatᷓ. Dicit ꝙ hi Perſæ: q poſtea dicti ſūt Nūidæ: cū multū nūero & multitudīe creuiſſent: a parētibꝰ ſuis diſceſſerūt. & ea loca: q̄ ſūt ꝓpe Carthaginē poſſederūt: q̄ loca poſtea dcā ſūt Nūidia. ¶ Ac poſtea Nūidæ noie. ac ſi diceret: hi Perſæ priꝰ: poſtea Nūidæ appellati nomie digreſſi a parētibꝰ pp multitudinē poſſederūt ea loca: q̄ ꝓpe Carthaginē appellatᷓ Numidia: ¶ Digreſſi. i. cū diſceſſiſſent. ¶ Proxie Carth. i. ualde ꝓpe Carthaginē. ¶ Dei. utriq;. Dicit hi Numidæ: q̄uis ī duas ptes eēnt diuiſi: tn̄ ad bella gerēda ſibi inuicē auxilio erāt & ita populos uicinos īperio ſuo ſubiugabāt. ¶ Deīde utriq;: uidelicet: & hi: q in priſtinis ſedibꝰ remāſerāt: & hi: q ſedes nouas: & loca ꝓpe Carthaginē occupauerāt. ¶ Freti. cōfiſi: qa ubi opꝰ erat: ſibi īuicē auxilia p̄ſtabāt. ¶ Finitimos. i. populos uicinos: & ꝓxios. ¶ Armis. i. bello. ¶ Nomē. i. famā. ¶ Magiſq̄ hi: q ad nr̄ʒ mare ꝓceſſerāt: qa Lybes q̄ Getuli minꝰ ſunt bellicoſi. Dicit Numidas: q Perſæ priꝰ dicebantᷓ: maiorē famā: & gloriā bello ſibi cōparaſſe: q̄ Mœdos & Armenios. Et hæc fuit rō: qa Getuli: cū qbꝰ ſe Numidæ cōiūxerāt: magis bellicoſi fuerūt: q̄ Lybes: cū qbꝰ Mœdi: & Armeni cōiūxerāt. Et h̄ eſt qđ dicit. ¶ Quod nr̄m mare ꝓceſſerāt: ſ. Mœdi: & Armenii. Nā ſupra dixit: Mœdos & Armenios ſe ad Lybes adiūxiſſe: q mare ꝓpius Aphricū agitabāt. Dicit ergo Nūidæ nomē. & gloriā ſibi addidere: magis: q̄ Mœdi: & Armenii: q ad nr̄ʒ mare ꝓceſſerāt. i. iuxta mare nr̄m habitauerāt. Et hæc fuit rō: qa Lybes: qbꝰ admixti ſūt Mœdi: & Armēii minꝰ ſunt bellicoſi: q̄ Getuli: qbꝰ ſe admiſcuerūt Perſæ: q poſtea Nūidæ ſūt dicti. ¶ Ad nr̄m mare. ſ. mare Aphricū: h̄ tpe dr̄ mare leo. ¶ Deniq; Aphricæ ps īferior plæraq; a Nūidis poſſeſſa ē: ac ſi diceret: Vis uiderᷓ: qūo ueꝝ ē: qđ dico: uidelicʒ ꝙ Nūidæ maiorē belli gloriā adepti ſūt: q̄ Mœdi & Armēii: q poſtea dicti ſūt Mauri. Ecce maiori ex pte gētes oēs: q̄ in īferiori pte Aphricæ poſitæ ſūt: a Nūidis bello uictæ ſunt: & ī gēte nomēq; ꝯceſſere uictoꝝ. ¶ Pars īferior: uidelicet ps illa: quæ magis ī plagā auſtralē deſcēdēs meridiē reſpicit. ¶ Plæraq;. i. ꝓ maiori pte. ¶ Victi oēs īgētē nomēq; impantiū cōceſſere. Cōſuetudo fuit apud antiquos: ut uicti nomē acciperent eoꝝ: q uiciſſent: un̄ gētes & populi: q fuerāt a Nūidis uicti bello: nomē ꝓpriū amiſerūt: & Nūidæ ſūt appellati. Et h̄ ē qđ dicit. ¶ Impantiū. ſ. Nūidaꝝ. ¶ Cōceſſere. i. ꝑuenere. ¶ Poſtea Phœnices: Hoc uſq; dixit: qūo Getuli & Lybes primi populi fuerint: q Aphricā habitauerīt: deinde quēadmodū Perſæ: Mœdi: & Armenii his adiūcti: īperiū ī Aphrica auxerīt: mutato noie: ut Perſæ Nūidæ uocarētᷓ: Mœdi & Armēii appellarētᷓ Mauri. Nūc dicit: quēadmodū de Phœnice regiōe multi ī Aphricā trāſierūt: īperii cupiditate ducti: & rerū nouaꝝ auidi: q multas ī Aphrica urbes cōdiderūt. ¶ Alii multitudinis minuēdæ gr̄a. Varias cās oñdit: q̄re de Phœnice ī Aphricā multi uenerīt. ¶ Gr̄a. i. cā multi deſcēdebāt: ut multitudinē domi minuerēt: qa regio tātā multitudinē cōmode cape nō poterat: & paſcere. ¶ Pars impii cupidie ſolicitabat plæbē. Multi īperiū affectabāt: cū eſſent potētes: & plæbē: minutāq; turbā: & inopē īducebat: ut ſecū ꝓficiſcerentᷓ ad nouū impiū q̄rēdū. ¶ Sollicitata: uerbis: & pollicitatiōibꝰ īducta. ¶ Hiponem: Adrimetū: Lepti. Hæc ſūt noīa ciuitatū. ¶ In ora: in regiōe maritima: uidelicet circa mare. ¶ Hæ. ſ. urbes. ¶ Originibꝰ ſuis p̄ſidio. Aliq̄ haꝝ ciuitatū p̄ſidio fuerūt Phœnicibus: un̄ originē ducebāt: aliæ fuerūt honori: & ornamēto. ¶ Nā de Carthagine. Dicit quēadmodū Hippona: Adrumētū. & Leptis originē ducūt a Phœnicibꝰ: qa de Carthagie nolo inqt dicere: qa meliꝰ ē de ipſa tacere: q̄ paꝝ dicere. Nā & ipſa carthago a Phœnicibꝰ originē ducit. Sed qa Carthago āpliſſima ciuitas erat: & caput totiꝰ Aphricæ: maluit tacere de ipā: q̄ tantūmō dicere: a qbꝰ cōdita eēt: niſi ēt totā explicaret hiſtoriā. A Phœnicibꝰ aūt h̄ mō originē ducit. Dido cū fratrē ſuū Pigmaleonē: q maritū eiꝰ Sicheū īterfecerat: fugeret. collecta īgēti multitudīe de Tyro: q̄ ps eſt Phœnicæ regiōis: claſſe in Aphricā uenit: un̄ cū ab Hiarba rege pelleretᷓ: callide petit: ut ei uēderet tm̄ terræ: q̄tum poſſet coriū bouis tenē: qđ cū ille ꝓmiſiſſet: coriū ī tēuiſſimas corrigias ſectū tetēdit: occupauitq; ſtadia. xxiii. q̄ tria miliaria cōficiūt. Atq; ita urbē ꝯdidit: q̄ prīo byrſa appellata ē a corio bouis: nā byrſi ſignificat bouis coriū: poſtea aucta Tyros dcā ē: poſtrēo carthago uocata ab cartha oppido: un̄ fuit Dido. Hæc cītas poſtea aucta ad eā magnitudinē uēit ut. xxiiii. miliaria ī circo patēt: tūc cū capta & euerſa ē a Scipiōe Aemi. q ob eā uictoriā Aphri. poſtea dictꝰ ē.

IOAN. CHRI.

IOAN. CHRI. ¶ Alio.i.ad aliud:uidelicet ad historiā positā Iugurthini belli psequēdam.¶ Monet.i.hortaf.¶ Igif:ergo succincte & breuiter dicamus de aliis ciuitatib⁹ Aphricæ:qn̄ qdē de Carthagine.nūc dicere uolum⁹:qm̄ lōgā explicare oporteret historiā:qđ nūc facere nō possum⁹:qa ad aliud tendimus.Igif describit ciuitates:q sunt citra fines Aphricæ:q̄ oriētem respiciūt.Nā antea dicit Aphricā ab oriēte habere fines Cathabathmō:q locus diuidit Aphricā ab Aegypto.¶ Ad Cathabathmō.i.apud:uidelicet citra Cathabathmō. Nā ultra hūc locū Aphrica nō ꝑcedit.¶ Prima Cyrene est:prima ciuitas:q inuenif apud Cathabathmon est Cyrene:hæc ciuitas Cyrene dr̄ a regina Cyren.q̄ eā condidit:& de suo noīe eā appellauit:ut dicit Seruius.¶ Colonia.There.noīa cuitatū sunt.¶ Duæ Syrtes.Ipē Salustius inferi⁹ describit has Syrtes Sunt aūt loca in mari ꝑiculosa:qa sūt arenosa.¶ Inter quas Leptis.Hæc ciuitas inter duas syrtes est posita:nō ꝙ in mari sit fundata:sed extra mare posita inter duas Syrtes.¶ Deinde Philenū aræ.s.sunt.Quare hic locus dictus sit.Philenū aræ:historia est cōsiderāda:nā cū Carthaginenses & Cyrenēses de finib⁹ diu inter se bello decertassent:tandē defatigati.ita inter se côuenerūt: ut certo die legati utriusꝙ ciuitatis domo discederēt:& quo in loco obuii inter se fuissent.is locus cōis utriusꝙ ciuitatis finis haberet.Igitur a Carthagine duo fratres missi sunt:q Philenes uocabanf:hi celeriter iter suū direxerunt.Cyrenēses tardius iuerūt.Hi igif domi pœnas metuentes.qa tardius iuerāt.criminabātur Carthaginēses:dicentes eos ante tp̄s constitum domo discessisse:& ꝑpea celerius uenisse:se nō passuros:ut dicti domum abeant.Igif cū Carthaginenses aliam aliquam cōditionē æq̄ peterent. Cyrenenses hanc eis obtulerunt:ut quo in loco fines populo suo peterent: ibi uiui obruerenf.se quoꝙ tandē cōditionē subire paratos.Phileni:ꝓbata conditione: se uitamꝙ suā

alio properare tp̄s monet.Igif a Cathabathmon. qui locus Aegyptum Aphrica diuidit. secūdo mari prima habitatō Cyrene est.colonia Thereorum ac deinde duæ sunt Syrtes.inter quas Leptis. deinde Philenū aræ.quē locū Aegyptū uersus.finē imperii habuere Carthaginēses: post aliæ punicæ urbes.cętera loca usꝙ ad Mauritaniā Numidę tenēt Proxie Hispaniā Mauri sunt:sup Numidiā Getulos accepim⁹. ꝑti i tuguriis.alios iculti⁹ uagos agitare.Post eos Aethiopes eē. deinde loca exusta solis ardorib⁹.Igif bello Iugurthino.plæraꝙ ex punicis oppida.& fines Carthaginensiū.quos nouissime hūerat.Po.R.ꝑ magrat⁹ admistrabat Getulorꝝ magna ps:& Nūidię usꝙ ad flumē Muluchā sub Iugurtha erāt.Mauris oīb⁹ impitabat rex Boch⁹.ꝑter nomē ꝑ cætera ignar⁹.P.r.iteꝙ nob. neꝙ pace. neꝙ bello aū cognit⁹ erat.De Aphrica:& de eiusdē incolis ad necessitatē rei satis dictum ē.

Reipublicæ cōdonauerūt:atꝙ ubi fines patriæ eē uolebāt:ibi uiui sepulti sunt.ob eā rē Carthaginēses Philenis frīb⁹ aras cōsecrauerūt in eo loco:ubi uiui obruti:ac sepulti sunt.Philenū aræ ē locus.ubi fūt fines iperii Carthaginēsiū uersus Aegyptū.¶ Quē locū.Ordo est:quē.s.locū ipsi Carthaginēses habuere finē.s.iperii uersus Aegyptum.¶ Post aliæ punicæ urbes.s.sunt.post loca:& ciuitates:quas supra dscripsit:sūt aliæ punicæ urbes.i.urbes Carthaginensiū.¶ Cætera loca.Apparet magnum fuisse Nummidarū.iperiū.¶ Sup Numidiā.i.ultra Numidiā.Ordo ē.Nos accepim⁹ Getulos uagos agitare ꝑtim in tuguriis.alios incultius.supra Numidiam:ultra Numidiā inqt habitāt Getuli.ꝑtim i Tuguriis.alii etiā incultius uagātes.Et ultra Getulos habitant Aethiopes.Post Aethiopes loca sunt deserta.exusta calorib⁹ solis.¶ Accepim⁹.i.audiuimus:itelleximꝰ.Tuguria sunt uilia ædificia in agris paleis tecta a tegendo dicta.¶ Inculti⁹.i.asperi⁹.qa multi ex Getulis sub dio.hoc est sub aeī degunt sine tecto.¶ Agitaf.i.uiuef:habitaf.¶ Post eos Aethiopes eē.i.accepimus.Aethiopes sunt.q ob solis calorē:cui sunt uicini.carnē nigrā habent.απο του αἴθω.quod ē ardere.Nam ætho græce.latine significat ardeo. καὶ φωο τουοωσ.ideſt a uultu.¶ Deinde subaudi accepimus esse loca exusta solis ardoribus.s.ꝑp solis uicinitatem.¶ Igif bello iugurthino.Ordo est.Igif po.ro.admistrabat ꝑ magistratus plæraꝙ oppida ex punicis.& fines Carthaginēsinm.quos nouissime habuerat.dico administrabat bello iugurthīo.i.tp̄e belli iugurthini.Postquam totam Aphricam descripsit.Nunc cōcludit.oñdens:qui eam impio regebant.Nā antea toti Aphricæ impabant Carthaginēses.Numidæ.Mauri.Getuli.Aethiopes.Totū impiū Aphricæ inter hos erat diuisum.Sed tp̄e Iugurthini belli fere totā eā ꝑtem quā Carthaginēses tenuerant:populus Romanus ꝑ magistratus regebat:iam a Scipione Aphricano minori deleta Carthagine:& iperio eius ferme toto in ditionē:& ꝑtātem populi Romani redacto.Magna pars Getulorꝝ.& Numidiæ sub impio Iugurthæ erat:Bocch⁹ rex Mauris impabat.¶ Quos nouissime habuerat: quos nuprime subegerat duce & impatore.P.Scipione.Emiliano:qui Aphrican⁹ est dictus:quia iperiū Carthaginis:qđ erat in Aphrica Romano subegit iperio:ipsa Carthagine prorsus deleta & extincta.¶ Per magistratus.uidelicet ꝑ cōsules:uel ꝑtores: uel ꝓconsules.¶ Præter nomē ꝑ cætera ignarus Po.Ro.Bocchus rex Maurorꝝ ignotus erat po.Ro.ꝑ oīa.excepto noīe:qa nullā amicitiā:aut societatē cū po.ro.habuerat.Et iō ꝑter nomē eius:in cæteris rebus erat populo Romano ꝓrsus incognitus.¶ Cætera.i.deiceps.i.ꝑ cætera:in cæteris rebus.¶ Ignarus.i.ignotus:incognitus.Ignarus dicif:& qui ignoraf.¶ Incolis habitatoribus.¶ Ad necessitudinē.i.ad necessitatē.Salustius digressiōe fcā ad scribendam Aphricam: dicit se nūc ad ꝓpositum redi:qn̄ quidem de Aphrica id qđ erat necessarium dixit.

¶Postquam diuiso. Nunc redit ad ppositum: ut ostēdat qd fecerit Iugurtha: postq̄ legati Romani diuiserunt regnum Numidiæ inter ipsum & Adherbalē. Ordo est. Iugurtha ratus esse certum. i. id: qd accepat ex amicis suis apud Numantiā. uidelicet oīa eē uenalia Romæ: & accensus pollicitationib⁹ illorum: quos paulo ante muneribus expleuerat: intendit aīum in regnū Adherbalis: postq̄ legati discessere Aphrica: diuiso regno: & postquā uidet se eē adeptū pmia sceleris cōtra timorē aī. Cum (inquit) legati Romani: diuiso regno ex Aphrica discessissent: statim Iugurtha cogitare cœpit: quomō regnū Adherbalis inuadere posset: qn̄ qui

Postquam autem: diuiso regno. legati ab Aphrica discessere. & Iugurtha cōtra animi timorē præmia sceleris adeptū sese uidet: certū eē ratū. qd ex amicis ad Numātiam accepat: omnia Ro. uenalia eē. simul & illorum pollicitatōibus accēsus. quos paulo ante muneribus expleuerat. in regnū Adherbalis animū intēdit. Ipe acer bellicosus. At is. quē petebat: qet⁹ in bellis: placido ingenio. opportun⁹ iniuriæ. metuens magis q̄ metuēdus. Igit ex improuiso ei⁹ fines cū magna manu iuadit: multos mortales cū pecore atq; alia pda cæpit. ædificia incēdit plæraq; loca hostiliter cū eqtatu petit. Deinde cū omni multitudine in regnū suū ɔuertit. existimās Adherbalē dolore pmotū. iniurias suas manu uindicaturū. eāq; rē belli cām fore. At ille: q; neq; se parem armis existimabat. & amicitia po. ro. magis q̄ Numidis fret⁹ erat. legatos ad Iugurtham d iniuris q̄stū misit. qui tametsi cōtumeliosa dicta retulerāt. prius tn̄ omnia pati decreuit: q̄ bellū sumere: quia tētatū ante secus cesserat. Neq; eo magis cupido Iugurthæ minuebat. Quippe q totū regnū eius animo iam inuaserat: itaq; non uti ante cum pdatoria manu: sed magno exercitu cōparato. bellum gerere cœpit: & aperte totius imperium Numidiæ petere. Ceterū. qua pgebat: urbes: agros uastare. pdas agere. suis aium: hostibus terrorem augere. Adherbal ubi intellexit esse pcessum: uti regnū. aut relinquendū esse. aut armis retinendum: necessario copias parat. & Iugurthæ obui⁹ pcedit iterim haud lōge a mari ppe Cirthā oppidū. utriusq; exercit⁹ cōsedit. & qa diei extremū erat: pliū nō est incœptū: sed ubi plurimū noctis pcessit. obscuro etiam tūc lumine: milites iugurthini: signo dato castra hostiū iuadūt: semisomnos ptim: alios sumentes arma fugant. fundūtq;. Adherbal cum paucis equitibus Cirtham pfugit. & ni multitudo

dē cognouit id eē uerum: qd audiuerat ab amicis suis: cū apud Numātiā eēt: uidelicet q; oīa erāt uenalia Romæ. ¶Contra timorē aī pmia sceleris adeptū sese uidet. i. postq̄ uidet se eē cōsecutū īpunitatē sceleris sui cōtra id: qd timebat in aīo suo. Nam Iugurtha semp timuerat: ne senatus scelus suū puniret. qa Hiēpsalem īterfecerat: & Adherbalē regno expulerat. ¶Præmia sceleris i. īpunitatē: qa senat⁹ nō puniuit scel⁹ Iugurthæ: imo decreuit: ut dimidiū regni Numidiæ hr̄et. ¶Apd Numantiā accepat. i. audiuerat: hoc qd supra monstratū est. ¶Oīa Ro. uenalia eē. i. oīa Romæ p pecuniā uendi: qd Iugurtha tūc expertus erat. Nā pecuniis īpunitatē sui sceleris emerat a senatorib⁹ Roma. ¶Pollicitationib⁹. i. pmissionibus: qa legati q pecuniā & munera paulo ante ab eo acceperant: pmiserāt ei suū auxiliū si forte accideret: ut d eo aliqd tractaret Romæ in senatu. ¶In regnū. ut regnū Adherbalis iuadat. ¶Intēdit. dirigit. ¶pse acer. Ecce occasiones: q accēdebant Iugurthā: ut regnū Adherbalis iuaderet. ¶Ipse. s. iugurtha. ¶Acer. i. fortis. ¶Bellicosus: bello assuet⁹. belli pitus. ¶At is. s. Adherbal. ¶Petebat. i. iuadebat. ¶Quiet⁹. i. pacific⁹. ¶Placido. i. miti. ¶Oportun⁹ iniuriæ. i. ad iniuriā cōmodus. uidelicet: cui cōmode inferri posset iniuria. ¶Fines eius: iperiū Adherbalis. ¶Magna manu. idest magna multitudie. ¶Vindicaturum. i. ultu rum. ¶At ille. s. Adherbal. ¶Armis. idest bello. ¶Quæstum. i. ad conquerendum ¶Contumeliosa dicta: quia Iugurtha cā belli qrebat. Legatis Adherbalis cōtūeliose respōdit. ut Adherbal: & iniuriis simul: & contumeliis cōcitatus: bellū cōtra eum susciperet. Sz Adherbal oīa potius pati uolebat: quā bellū sumere cōtra Iugurthā: qm̄ bello pauloāte ab eo uictus fuerat. ¶Retulerant: reportauerāt. ¶Prius. i. potius. ¶Decre. s. Adherbal. ¶Secus cesserat. i. male euenerat. Nam: ut supra uisum ē: a Iugurtha plio uictus ē Adherbal. ¶Neq; eo. i. pp id: qa Adherbal de iniuriis sibi a Iugurtha illatis uindictā nō faciebat: sed tolerabat: nō tn̄ pp id Iugurthæ cupiditas minuebat. ¶Manus idest multitudie. ¶Comparato. i. cōtracto: collecto. ¶Petere. i. inuadere. ¶Qua pgebat. subaudit ea pte. ¶Vastare: pro uastabat. ¶Agere. p agebat. i. pellebat: uel ducebat. ¶Augere. pro augebat. ¶Vbi: postq̄. ¶Eo pcessum. i. ad id eē puentum. ¶Copias. idest exercitū. ¶Diei extremum. i. extrema pars diei. ¶Plærumq; noctis. i. magna ps noctis ¶Processit. i. pertrāsiit. ¶Obscuro lu. s. existente. ¶Signo dato: uidelicet cū buccina: tuba. ¶Inuadunt. i. aggrediuntur. ¶Et ni multitudo togatorum. Nisi inqt ciues Iugurthinos milites a mœnibus urbis repulissent: eo die finitū esset bellum. quod incœptū erat. nā urbē Cirthā introissent: & regem Adherbalem cæpissent: sed ciues phibuerunt. ¶Et ni. pro nisi.

IOAN. CHRI.

¶ Togatorum.i.oppidanorum:& ciuium:qui nõ erant armati:ut milites: sed togati:ut ciues esse solent.i. toga induti. ¶ Patratũ.i.pfectum:& finitũ:ni in oppidum cirthã. Adherbal ingressus fuisset a Iugurtha fuga tus uictusq;. ¶ Oppidum. ciuitatem. ¶ Circunsedit.i.obsedit: ¶ Vineis. Vinea est genus machinæ in modũ uitis:ab una parte tectum:sub qua milites tecti pugnant. Vnde secundum Festum Pompeium:sub uitem p liari dicuntur, milites:q sub uinea militari pugnant. Sub uineã iacere dicuntur milites: cum centurionibus astantibus sudes iacere coguntur:hoc genus machinæ in urbium expugnatiõe mœnibus admoueri solitũ erat. ¶ Turribusq;. Turres sunt ædificia alta:atq; munita extra mœnia:ab hoste obsidente con structa:de quibus commode: & tute pugnatur. ¶ Maxime festinans. Iugurtha festinabat: ut si posset urbem expugnaret:antequam legati Adherbalis Romam peruenirent. Nam Adherbal legatos Romã miserat ante bellũ incœptũ: uidelicet cũ Iugurtha subita incursione prædabũdus fines eius inuasit. Deinde multis locis incensis:uastatoq; agro:& præda abacta: in regnũ suum reuersus est:ut supra uisum est. Vel certe:tũc misit legatos:cũ intellexit Iugurtham iam cõparato exercitu:non pparatoria manu: ut antea regnũ suum inuaderet. ¶ Antecapere: idest anteuenire. ¶ Præuenire:uidelicet:ut prius urbem caperet:quam legati Romam peruenirẽt. ¶ Accepit:idest audiuit: intellexit. ¶ In Aphricam legantur:idest legati mittuntur. ¶ Senatus populiq; Roma. uerbis nuncient: idest ex parte Senatus:& po. Roma. nuncient.s.hoc qđ sequit̃: uidelicet:se uelle & cẽsere:idest decernere. scilicet hoc:uidelicet:ut a bello desistant. ¶ Ita & censere:ita etiã dignum se:scilicet senatu populoque Romano. ¶ Illis que. s.regibus. ¶ Maturantes: idest festinantes. ¶ Eo magis:idest ideo magis festinantes ueniunt in Aphricam: quia dum in Aphricã ire parant:iam Romæ audiebat̃: quomodo prælio commisso:uictus Adherbal in urbem Cirtham profugisset:& ibi a Iugurtha obsideretur. ¶ Sed is rumor clæmens erat: idest hæc fama mitis erat:quia non ualde aspera nunciabãtur:nec ea res ualde diuulgabatur. ¶ Quorum:scilicet legatorũ. ¶ Accepta oratione:idest addito sermone. ¶ Respõdit. iugurtha:cum audiuisset legatos sibi uerbis senatus imperantes: ut a bello desisteret: callide respondit: se nihil charius habere authoritate senatus:idest se nihil charius habere:q̃ ut faciat id:quod senatus decernit. ¶ Ab adolescentia Hæc omnia sunt clara. Et subauditur:per omnia respondit:uel dicebat. ¶ Enixum:idest conatum:dedi semper operam ab adolescentia mea:ut me unusquisq; optimus laudaret. Ob uirtutem apud Numãtiam placui Scipioni optimo imperatori:ob eandem uirtutem Micipsa me in filium adoptauit. ¶ Probaretur:idest laudaretur. ¶ Artis: idest uirtutes. ¶ Non penuria liberorum:idest non quia filios non haberet micipsa: me in regnum adoptauit:sed propter uirtutem:Nam filios duos habebat. ¶ Cæterum. Sed dicebat eo:idest ideo animum suũ minus tolerare iniuriam:q; pro quia fecisset plura bene:atq; strẽnue. Apud legatos iugurtha causam suã mendacio defendit. Dicit enim. Ego hoc bellum non sponte suscepi:sed coactus. Nam cum Adherbal mihi tenderet insidias:& me dolo interficere conaret̃. coactus sum me defendere:& iniuriam repellere. Nam cũ multa fortiter fecerim:non possum iniurias tolerare:sed hoc totũ falsum est:qđ Iugurtha dicit. ¶ Strẽnue.i.fortiter. ¶ Minus.i.nõ. ¶ Dolis.i.p dolos:dolus a ledendo dictus est. ¶ Quod ubi comperisset. ¶ Et dicebat:se obuiam isse sceleri eius.ubi pro postquam comperisset qđ:idest illud:uidelicet insidiari sibi. ¶ Comperisset idest inuenisset. ¶ Obuiam isse.i.restitisse. ¶ Populum Romanũ. Populus Romanus(inquit) nõ bñ faciet si me phibet iniuriã mihi illatã repellere:qđ iure gẽtium cõcedit̃ unicuiq;. Nam ius gentiũ: & ius naturale est:ut unicuiq; uim ui repellere liceat. ¶ Ab iure gentiũ sese phibuerit:uidelicet: si prohibuerit:quominus uim ui repellã: qđ apud omnes gentes licet. Nã ius gentiũ dr̃. qđ apud oẽs gentes seruat̃. ¶ Ita:hoc modo:uidelicet cum Iugurtha ita respondisset: ¶ Vtriq;. s.legati Iugurthæ. ¶ Digrediuntur.i.ab inuicem discedunt.

togatorum fuisset:quę Numidas insequẽtes mœnib⁹ phibuit: uno die iter duos reges cœptũ. atq; patratũ bellũ foret. Iugurtha oppidũ circunsedit uineis turribusq;: & machinis oĩum generum expugnare aggredit̃. maxime festinãs tp̃s legatorũ antecape. quos ante prælium factum ab Adherbale Romã missos audiuerat. Sed postquam Senatus de bello eoꝝ accepit: tres adolescentes i Aphricam legãtur: qui ambos Reges adeant. S. Po. Q. Ro. uerbis nuncient censere. & uelle eos ab armis disceder̃. ita seseq; illis q̃ dignũ eẽ. Legati i Aphricam maturãtes ueniunt. eo magis. q; Romæ cum proficisci parant; de prelio facto: oppugnatõe Circhæ audiebant. sed is rumor clẽmens erat: quorũ Iugurtha. accepta oratione: respondit. sibi neq; maius quicquã. nec charius auctoritate senat⁹ eẽ ab adolescentia ita se enixum: ut ab optimo quoq; pbaret̃ uirtute. nõ malitia. P. Scipioni summo uiro placuisse ob easdẽ artis: a Micipsa non penuria liberoꝝ in regnũ adoptatũ esse. Cæterũ q; plæraq; bene: atq; strẽnue fecisset. eo animũ suũ iniuriã minus tolerare. Adherbalem dolis uitæ suæ insidiatum esse. quod ubi cõperisset. sceleri obuiam isse Po. Ro. neq; recte. neq; pro bono facturum. si ab iure gentium sese phibuerit: postremo de omnibus rebus legatos Ro. breui missurum. ita utriq; digrediuntur. Adherbali non fuit appellãdi copia

¶Iugurtha ubi eos. Iugurtha postquam legatos Ro. ex Aphrica discessisse cognouit: cũ uideret se Cirthã armis capere non posse: qa per naturã loci munitissima erat: uallo: & fossa mœnia circũdat. turres altas extruit: & eas p̃sidiis firmat: hoc fecit: ne quis ex urbe egredi posset: & ne cõmeat⁹ introferri possent. ¶Rat⁹ ẽ idest opinatus est. ¶Expugnare. i. uincere. ¶Vallo. Valli dicuntur fustes fossarum genere masculino. Nam munitio ipsa uallum dicitur neutro genere. nam uallum est munitio ex fustibus facta. i. ex palis. Vnde q ob fident urbes uallo: & fossa: solent eas cingere: ne oppidani subita eruptione exercitũ inuadere possint: & ne

IOAN. CHRI.

Iugurtha: ubi eos Aphrica discessisse ratus ẽ. neq; pp loci naturam armis expugnare Cirthã põt: uallo atq; fossa mœnia circũdat: turres extruit: easq; p̃sidiis firmat. p̃terea dies. noctesq;. aut p uim. aut dolis tentare. defensoribus mœnium p̃mia modo modo formidinẽ ostentare: suos hortando ad uirtutẽ erigere: prorsus intẽtus cuncta pare. Acubi Adherbal intelligit omnes fortunas suas in extremo sitas: hostẽ infestũ: auxilii spẽ nullã: penuria necessariarũ rerũ bellũ trahi nõ posse: ex his: qui unã Cirthã p̃fugerãt. duos maxĩe impigros delegit. eos multa pollicẽdo. ac miserando casum suũ ↄfirmat: uti p hostiũ munitiones noctu ad p̃ximũ mare. deinde Romam p̃gerent. Numidæ paucis diebus iussa efficiũt. Lr̃æ Adherbalis in senatu recitate. quarũ sententia hæc fuit.



¶Obuiã ire.i.resistere.¶Factionis potentiæ.i.potẽtiæ ptis aduersæ.s.nobilitatis.¶Subegit.i.coegit.¶Certe ego:uolo inquit experiri libertatẽ meã contra nobilitatẽ.¶Verũ:ordo est:uerũ.i.sed ẽ sitũ in uestra mãu o Quirites:an faciã id frustra:an faciã ob rẽ.i.o Quirites ĩ uřa ptãte positũ ẽ:an expiar libertatẽ meã frustra:an utiliter:qa si me seq uolueritis:& uestrũ auxiliũ mihi pstare:utiliter experiar libertatẽ meã. Si aũt me deserueritis frustra:& sine utilitate libertatẽ meam experiar.¶Ob rẽ.i.utiliter.¶Frustra.i.sine utilitate.¶In uřa manu.i.in uřa ptãte.¶Sitũ ẽ.i.positum est.¶Neq; uos hortor:ordo est: neq; ego hortor uos:ut uos armati eatis contra militias. quod.i. quã rẽ nři maiores sæpe fecere.i.nõ hortor uos:ut uim & armis resistatis iniuriis: q̃s nobilitas uobis infert:sicuti fecerunt sæpe maiores nostri:nã exactis iã regibus plæbs armata bis secessit a patribus in montẽ Auentinum:nec recõciliari potuit:donec ei Senatus postulata cõcederet. Causa aũt patriæ secessiõis hæc fuit. Magna iter pres.i.senatũ & plæbẽ discordia erat pp nexos ob æs alienũ: nexi dicebantur:q tãtisper seruiebãt creditorib⁹ suis:donec debitũ psoluissent. Nexi dicebant:q pp debita uincti creditoribus suis tradebant. Fremebant & murmurabãt plæbei hoĩes se foris pro imperio & libertate dimicare:domi aũt a ciuibus captos & oppssos teneri:tutioreq̃ in bello q̃ in pace:iter hostes q̃ inter ciues libertatem suã eẽ. Legit. Appio Claudio & Seruilio cõsulibus:cũ Volsci infesto exercitu ad urbẽ uenire nunciarẽtur:alius aliũ hortabat:ne oĩno noĩa darẽt:& ne se ad militiã scribi paterent. Patres ancipiti re pculsi in tãto periculo Seruiliũ cõsulẽ monẽt:ut rẽpu. terroribus circũuentã expediat. Tũ Cõsul misso Senatu in cõcionem pdit: docet curæ eẽ pribus:ut plæbi cõsulat:& puideat. Interim citati dẽt noĩa. Deinde edictũ ppõit: ne quis uinctũ neue clausum teneat:quominus nomẽ dare possit:& ne qs miles:donec in castris eẽt: bona ipsa possideret. Mox uero aderant nexi noĩa pfitentes. Finito ergo & expedito bello. plæbs aderat:promissa consulis & Senatus:nobilitatisq; fidem expectans. Appius plæbi semp grauis atq; infestus:ut fidẽ collegæ uanã faceret:ius de creditis pecuniis dicebat:q nexi fuerãt creditoribus tradebant. Plæbs promissis elusa & decepta:cũ a tribus populis:Volscis:Eqs:& Sabinis bellũ instaret:nulla rõne cõpelli potuit: ut ad militiam noĩa daret. Coactus nocturni:& colloquia fiebãt inuicẽ exhortantiũ:ne ad bellũ gerendũ pficiscerent. Senatus hac de re cõsultus increpat cõsules:q imperiũ consulare nõ exequãtur. Sed consules nihil pficiunt: tandem Dictator creatur:q edictũ pposuit fere simile edicto seruili. Atq; ita plæbe dante noĩa:legiones decem conscriptæ sunt. Mox tribus bellis psp re confectis:& parta uictoria de Volscis:Equis:& Sabinis cũ dictator ad Senatũ retulisset:quid de nexis fieri placeat:relatio reiecta ẽ. Tũ dictator iratus. Nõ placeo (inqt) concordiæ auctor. Optabitis mediusfidius ppediẽ ut mei similes Rõana plæbs patronos hẽat:ita curia egressus dictatura se abdicauit. Tum patres timor inuasit:ne si exercitus dimissus esset: rursus coactus occulti & colloquia secreta:conuentusq; nocturni fierent cũ magno periculo ciuitatis. Itaq; simulant ab Eequis bellũ renouatum esse:ac sub hac specie iubent:ut consules legiones:& exercitum educant. Plæbs: quia in consulis uerba iurauerat:ut legione & iuramento solueretur. Consules interficere parabat:sed cum intellexisset se pp hoc non exolui religione. Sicino quondã auctore secessit in montẽ sacrũ:ut quidã referunt: ut alii dicũt: in montem Auentinum. Ibi sine ullo duce uallo fossaq; cõmunitis castris quieti rẽ nullã:nisi necessaria ad uictum sumentes:aliquot dies sese tenuerunt. Pauor ingens urbem inuasit. Itaq; patres Meneniũ Agrippã facundum uirum miserunt ad plæbem recõciliandã:qui in cõcione huiuscemodi uerba fecit. Tempore: quo in hoĩe non:ut nunc:oĩa cõsentiebant:sed singulis membris suũ cuiq; cõsilium:suus sermo erat: indignatæ sunt reliq̃ ptes:q suo labore oĩa uẽtri pararent. Vẽter aũt in medio qetus nihil faceret:nisi q uoluptatibus datis frueret. Cõspirauerũt igit:ne manus ad os cibũ ferret:ne os acciper datũ:ne dẽtes cõficerẽt. Hac ita dũ uentrẽ domare uolũt:ipsa quoq; mẽbra piter cũ toto corpe ad extremã tabẽ corruptioneq̃ uenerũt:hic apparuit uẽtris quoq; nõ eẽ ociosum offm̃:qui cibũ accæptũ in oẽs ptes corpis redderet: sanguinẽ hũc quo uiuimus comparando cibo mature cõfecto. Menenius igit cũ docuisset irã plæbis in patres eẽ similem iræ membrorũ in uentrẽ: flexit animos oĩum: cœptumq; est agi de concordia: concessumq; plæbi est: ut suos magistratus haberet sacrosanctos:qui ei aduersus consules auxiliũ ferrent:ne ue cuiq ex patribus eũ magistratum cape liceret. Ita Tribuni plæbis tũc primũ duo creati sũt. C. Licinius:&. L. Albinius. Atq; ita plæbs recõciliata ẽ:& seditio sedata. Cã alterius secessionis hæc fuit. Appius Claudius decem uir capt⁹ erat amore insano Virginiæ filiæ cuiusdã Virginii plæbei hoĩs:Icilio uiro Tribunicio desponsatæ. Et cũ eam aliter habere non posset ad explendam libidinem suã. M. Claudio clienti suo negocium dedit:ut illam in seruitutẽ traheret:q diceret eam ex serua sua natam:eiq; auxiliũ suum pollicitus est. Cum ergo. M. Claudius eã p forum transeuntẽ rapuisset:eãq; seruã suã assereret:re ad tribunal Appi deducta:eam. M. Claudius Appio adiudicauit. Virginius pater cum indignitatem rei ferre nõ posset:simulato cũ filia & eius nutrice colloquio ueluti ab ea rei ueritatem exquirere uellet:anteq̃ uelut serua abduceret:stricto ferro:hoc te (inquit) modo filia in libertatẽ uindico:pectus deinde puellæ transfigit:respectansq; ad Tribunal Appii:hoc te (inquit) Appi caputq; tuũ sanguine cõsecro. Ad hoc facinus clamore sublato. Appius cõpræhendi Virginiũ iubet:ille quacunq; incedit ferro uiã facit. Icilius sponsus corpus exãgue puellæ sublatũ populo ostentat. Scelus Appii puellæ infœlicẽ fortunã: pris necessitatẽ deplorat. Ita plæbs ĩ urbe Icilii clamore:& indignitate sceleris

obuiã ire potentiæ factionis aius subegit. Certe ego libertatem: quæ mihi a parente meo tradita est: experiar. Verum id frustra: an ob rem faciam: in uestra manu situm est Quirites: neque ego uos hortor: quod sæpe uestri maiores fecere

concitatur. Virginius in castra pfectus: ubi ordines ducebat: nō minorē ibiq̄ in urbe tumultū concitat. Scælus Appii: & cunctaq; quæ gesta erāt: exponit. Supinas deinde tendens manus, cōmilitones appellans orabat, ne quod scelus Appii eēt: suum crederēt. Vitā filiæ sibi sua cariorē fuisse: si libere ac pudice uiuere potuisset: cū uelut serua ad stuprū duci uideret: morte melius adimi ratū q̄ cōtumelia liberos uiuere: in speciem crudelitatis lapsum eē. Illis quoq; sorores: filiasq; & uxores esse: libidinem Appii cū filia sua nequaquā extinctā: Hæc Virginio uociferāti succlamat multitudo: se nec dolori illius: nec libertati suæ defuturos. Ita multitudo exercitus cōcitata facto agmine: eūt ad urbē & mōtem Auētinum occupant: ut quisq; occurrebat ad repetēdā libertatē: tribunosq; plæbis creādos adhortantes. Nam pauloante creatis decem uiris sublata erat tribunitia ptās: & ,puocatio ad populum duo munimenta libertati: alia uox nulla uiolentiæ audita est. Sed non multo post plæbs urbana cum liberis & uxoribus factū exercitus secuta: ipsa quoq; secessit in montē Auētinū: urbe uelut in solitudine relicta. Patres noua re pterriti. L. Valeriū. & M. Horatiū legatos mittunt: q de recōciliatiōe cū plæbe ageret Icilius,p multitudine rñdit: plæbem petere: ut sibi potestas tribunicia & ,puocatio restituaṫ. Et sibi decemuiri tradanṫ: ne ue cui fraudi esset: cōscisse milites ante plæbem. Legati postulata plæbis ad senatum deferūt. Senatus consultum fit: decemuiri primo quoq; tpe se magr̄atu abdicarent. Qu. Furius pontifex maximus tribunos plæbis crearet: & ne cui fraudi. i. pœnæ esset: secessio militū plæbisq;. Ita plæbs recōciliata est.

uti cōtra iiurias armati eatis: nihil ui: nec secessio ne op9 ē: necesse ē: suo metipsi more pcipites eāt

¶ Nihil ui: nec successione opus est. Non est opus ui aut successione: uidelicet secedatis & recedatis a patribus: quēadmodum bis nostri maiores fecerūt. ¶ Necesse est. Est necesse: ut ipsimet erāt pcipites suo more. Vide qd dicat. Memmius rñdet tacitæ qōni. Posset.n. dicere aliqs: O Mēmi, tu dicis q̄ non est opus ui aut secessione. Quare hoc dicis? An forte patres cōmittunt scelera digna secessiōe? Mēmius rñdet. Ita cōmittūt. Necesse ē enim: ut nobilitas: & patres faciant sicuti facere cōsueuerunt: & scelus sceleri addant: ut uestram opprimāt libertatem. Ex quo necesse est: ut uos eis resistatis non ui: neq; armis: neq; secessione: sed iudicio & iusticia. Et hoc est sensus totius orōnis Memmii. Necesse est obscure hunc sensum cum supiore cōiungi. Dicit enim sic: O Quirites ego uos hortor: ut uestrā libertatē defendatis: & resistatis iniuriis patrum non ui: neq; armis: neq; secessione quemadmodū merenṫ. Nam quātum ptinet ad ipsos patres: necesse est: ut faciant quēadmodum cōsueuerūt: & ea cōmittāt si mereanṫ, ut resistatis eis ui: & armis & secessione Sed nō hortor: ut sic resistatis eorum iniuriis. Quid ergo faciēdū est? Vindicādū inqt in eos cēseo nō manu neq; ui: sicuti merenṫ sed iudicio & iusticia. Itaq; quæstionibus & tormētis: & iudicio ipsius Iugurthæ ueritas indaganda & inquirenda est de crimine: p quod cōsul tā ignominiosum fœdus cū Iugurtha fecit in iussu Senatus populiq; romani. Nam in eo fœdere maiestas Senatus populiq; Romani uiolata est. Et ideo hoc crimen puniendum censeo non ui: neq; armis: sed iudicio & iusticia. ¶ Præcipites eant: ire præcipitem est temere & incōsulte in aliquod malū ruere: est inquit necesse: ut patres & nobiles ad opprimēdā uestrā libertatē pcipites ruāt: sicuti consueuerūt. Et ita opportunitate iniurias nobilitatis in plæbem Romanā cōmemorat. Et prio quēadmodum Tyberium Gracchum defensorē plæbis iniuste occiderūt. Postea. C. Gracchū & Fuluiū: q iura libertatis plæbis Romanæ tuebāṫ. ¶ Occiso: ordo ē: magnæ qōnes habitæ sūt in plæbē Romanā: occiso Tyberio Graccho: quē nobiles aiebāt parare regnū. Postq̄ inqt occiderūt Tyberiū Gracchū tanq̄ regnū affectantē: multos ex plæbe Romana tormētis cruciauerūt: ueluti p torturā & funē ab eis ueritatē elicere uellēt. Tyberius autem Gracchus interfectus est: atq; hac de cā Romani agros quos hostibus uicinis bello uictos adimebāt pti uēdere pti i publicū redigere: & egenis ac paupib9 ciuib9,p modica pēsiōe utēdū tradere solebāt. Sz cū diuites icœpissent eas pēsiōs augere: & hoc mō ex agris paupes excludere lata ē lex: q̄ uetabat quēq̄ ciuem Romanū hr̄e plusq̄ qnquaginta iugera agri: hæc lex auxilio fuit paupib9 ciuibus alquot annos contra diuites. Sed cū rursus locupletes cōtēpta lege agros occupare cœpissent: & ob eā cām paupes ciues irritati ad militiam dare noīa recusarēt: & filios educare nollēt. Tyberius Gracchus Tribunus plæbis creat9 hāc cām suscipere: & paupibus subuenire cōstituit. Itaq; plæbe flagitante legem,pmulgat mitissime scriptā: q iubebat: ut locupletes accepto pcio: qd,p pēsione erogauerāt: agros publicos dimitterēt: & eos paupibus ciuibus traderent. Factio nobiliū & locupletū aduersus hāc legē se opponit: quo minus feraṫ: & a populo faciātur. Sed cū p se locupletes infirmi eēnt. M. Octauiū tribunum plæbis collegā & familiarē Tyberii cōfirmāt ut legi intercedat: hoc est auctoritatem suā īterponat ne lex feraṫ. Est aūt tribunoꝝ plæbis maxima in,phibēdo potestas: nam uno prohibente: alii etiā si plures sint: nihil efficere possint. Ob hāc intercessionem iratus Tyberius priore lege reiecta: q̄ erat humaniter scripta: aliā plæbi magis gratā,pmulgat: uidelicet: ut agri: qui cōtra leges erāt possessi dimitterenṫ: nulla mentione precii facta. Et edicto pposito oēs urbanos magr̄atus quicq̄ agere,phibuit: priusq̄ de lege agraria ad populū ferreṫ. Aerario sigilli impssit: & p q̄stores qcq̄ depromi, aut importari uetuit. Locupletes cuncti uestes mutauerāt: & mœsti forū circuibāt. Postq̄ dies comitioꝝ aduenit. M. Octauius intercessione perseuerat. Tyberius Octauium suppliciter rogat: ut ab intercessione desistat. Quod cum negaret Octauius. Tyberius ad rem non legitimam: neque humanam conuersus. M. Octauium tribunatu priuare atq; amouere cogitauit. Itaq; postremo die: conuocato populo: rursus. M. Octauium uerbis hortaṫ: ut ab intercessiōe desistat. Quod cum impetrare non posset: tulit ad populum de abrogatione Octauii. Ac statim tribus in suffragium misit. Erāt tribus trigintaquinq;: quarum cum decem & septem Octauium abrogassent: & una tantam restaret ad rem perficiendam: Tyberius ad Octauium

JOAN. CHRI.

IOAN. CHRI. conuersus rogat:ut ab intercessione desistat:ne ue tantam notam sibi inferri patiatur. Deinde toto inspectante populo eum reuerent er amplexus deprecabatur. Ferunt his pcibus Octauiũ oculos lachrymis impleſſe:& aliquanto cum silentio stetisse. Sed ubi ad locupletes & nobiles respexit: qui aderant rogantes eum:ut perseueraret in intercessione: generose Tyberio respondit:ut faceret: quod uellet. Itaq; populi iussu abrogato magistratu Octauii:& misso a Tyberio apparitore: qui illum tribunali detraheret. concursus ex locupletibus:& a plæbe factus: rixaq; orta est. Octauius per tumultum aufugit. Itaq; lex agraria. hoc est de diuidendis agris lata est. Tres uiri: qui agros diuiderent creati sunt. Tyberius ipse legis auctor. Appius Claudius Socer. C. Gracchus frater. Post hæc cũ Attali regis testamentum a Pergamenis Romã transmissum esset: in quo po. Ro. scriptus fuerat statim Tyberius tulit ad populum: ut Regis pecunia ciuibus Romanis: quibus agri dabãtur p cultura assignaret. De oppidis aũt q̃ Attali fuissent nihil ad senatum: sed ad populum ptinere dicebat. Hæc res maxime Senatum offendit. Postremo aperte contra Senatum contentõe magis q̃ iusticia & æquitate multitudinem excitare conatus est: aliis legibus: quibus tpa militiæ detrahebat: & iudicib⁹ tũc senatoribus parem numerum ex equestri ordine statuebat. De his rebus: ut ad populum ferret: ĩ Capitoliũ pergit: ubi multitudo conuenerat. Inter hæc Fuluius Flacchus senator in eminentem locum ascendẽs: qm̃ uox eius præ clamore:& strepitu multitudinis exaudiri nõ poterat: manu significauit uelle se cum Tyberio loqui: iussuq; Tyberii per multitudinem receptus: nũciauit ei diuites de nece eius agitare: eaq; de cã seruos ac liberos cum armis hr̃e. Hæc postq̃ amici qui circa Tyberium steterãt: audierãt: subito togas accingũt hastiliaq; de manibus ministrorum: qui multitudinem reprimunt: rapientes se ad resistendum parant. Sed illi qui in concione longius aberãt: hanc præparationem admirantes: quum interrogarẽt: qd sibi uellet ea res: Tyberius manu tangens caput suum: sibi periculum imminere significabat. Hoc signum inimici maligne interp̃tantes: quasi diadema & coronam regni deposceret: rem Senatui nunciant. Qua de re cum oẽs perculsi essent Scipio Nasica Mutium Scæuolam consulem cohortatur: ut libertati Romanæ Reipub. succurrat. Deinde cum respondisset consul: se auctorem belli intestini & ciuilis discordiæ fore: nec quemq̃ Romanum ciuem sine iudicio necatum: prosiliẽs Nasica. Quando (inquit) consul ciuitatem prodit: qui leges saluas esse cupiunt: me sequantur. Hæc dicens lacinia togæ super caput posita in Capitoliũ pgit. Aliiq; post eum toga circa brachiũ inuoluta secuti sũt. itaq; subselliorum pedibus reuulsis obuios feriẽtes cõtra Tyberiũ uadũt: Cæde igit̃ & fuga Tyberii sociorũ facta: cum ipse Tyberius cursu euadere pperaret. toga per quẽdã retentus cecidit. Surgenti uero. P. Saturnus collega eius pede subsellii caput percussit. Hic primam plagã intulit: secundã uero. L. Ruffus: de qua etiam gloriari solitus est: ex aliis circiter triginta mactati sunt fustibus: & lapidibus oẽs: nemo ferro. Corpus Tyberii cũ aliis cadaueribus in Tyberim proiectum est. Nec his finis cladis fuit. Nam amicorum & familiariũ Tyberii alii indicta causa in exilium pulsi sunt: alii capti crudelissime trucidati sunt: inter quos. C. Iulius eculeo cum anguibus insutus necatus est.

Occiso Tyb. Graccho: quẽ regnũ pare hoĩes aiebãt: in plæbẽ Romanã graues habitæ sũt q̃ones: p⁹. C. Gracchi:&. M. Fuluii cædẽ: itẽ uestri ordĩs multi mortales ĩ carcere necati sũt: utriusq; cladis nõ lex: uerum libido eorum finẽ fecit: sed sane fuerit

¶ Occiso Tyberio Graccho: idest postq̃ Tyberius Gracchus occisus est: duce Scipiõe Nasica: eo mõ quo diximus. ¶ Quem regnũ parare nobiles agebant. i. quem nobiles dicebant acquirere signum. Nam (ut supra diximus) cum in cõciõe manu caput suum tangens salutem suam populo commẽdaret: nobiles ita interprætati sunt: illud signum ut dicerent: Tyberium coronam regni petere a populo. ¶ In plæbem Romanam magnæ quæstiones habitæ sunt. i. magnæ inquisitiones factæ sunt: contra plæbem Romanã mortuo Tyberio. Multi. n. ex plæbe fune torti sunt:& multi in exilium pulsi:& multi sunt interfecti: ut ante diximus. Quæstiones: dicuntur inquisitiones criminũ: q̃ fiunt p iudices: adhibitis tormẽtis: unde q̃ones etiam tormenta dicuntur: per quæ ueritas exquiritur. ¶ Habitæ. i. exercitatæ. ¶ Post Caii Gracchi:&. M. Fuluii cædem: de his ante diximus queadmodum sunt interfecti. Ordo est. Item multi uestri ordinis sunt necati in carcere post necẽ Gracchi:&. M. Fuluii. ¶ Multi uestri ordinis. i. multi ex plæbe. Nã tres ordines erãt. Senat⁹. Eq̃ster ordo:& plæbs. ¶ Vtriusq; cladis. s.& Tyberii &. C. Gracchi. Ordo est. Non lex sed libido eorum fecit finẽ utriusq; cladis. Clades significat exitium & perniciem. Dicit ergo: nobiles fecerũt finẽ utriusq; cladis: non q̃n debuerunt: sed q̃n uoluerunt. Nõ. n. legibus paruerũt: sed libidinẽ & uolũtatẽ suã expleuerũt. Multos. n. ex plæbe contra leges: sine iudicio necauerũt. Sed sane fuerit regni reparatio: plæbi iura sua restituere. Tyberius Gracchus dum plæbi iura sua restituit: nobilitati uisus est quærere sibi regnũ. Dicit ergo. Concedamus uerũ esse id qđ dicũt aduersarii: uidelicet Tyberiũ Gracchũ regnũ sibi q̃rere uoluisse: qđ tñ falsum est. Nã Tyberius Gracchus non sibi regnũ q̃siuit: sed plæbi iura sua restituere:& libertatẽ eius defendere uoluit. Et est color: q dicit̃ pmissio: siue cõcessio: quæ fit: q̃n id maxime negamus: quod cõcedere uidemur: sicuti nunc. Nam uult Mẽmius negare: quod Tyberius Gracchus regnum affectauerit & quæsiuerit. Et tñ uĩ concedere dicens. ¶ Sed sane fuerit Regni reparatio: plæbi iura sua restituere: idest concedamus uerum esse: quod dicunt nobiles Tyberium Gracchum regnum sibi parare uoluisse: cum plæbi iura sua restitueret:& defendere iura plæbis: uocemus acquirere regnum. Sic. n. hic color Rhetoricus: qui dicit̃ permissio siue concessio fit: quando nos ostendimus in dicendo aliqd concedere:& tamen semper aliqua uerba interponimus: per quæ aperte significamus nos id negare: quod concedere uident̃. Sic Virgili. in. iiii. æneĩ. Sequere Italiam: uentis pete regna per undas.

¶Regni reparatio.Ordo est.Sed restituere iura sua plæbi:fuerit reparatio regni:& iure sit factum:quicquid IOAN.
non potuit ulcisci sine sanguine ciuium. Totum hoc dicit per concessionem : in qua id maxime negatur: CHRI
quod uidetur concedi.¶Regni reparatio:idest reformatio:renouatio:restitutio regni.Sane id dicitur repa
rari:quod deletũ & perditum est.Vnde expulsis:iam multo tempore ante regibus : regnum extinctum erat
Romæ:nũc ergo recte dicitur reparatio regni:idest restitutio & reformatio.¶Plæbi iura sua restituere: sicu
ti fecit Tyberius Gracchus:qui legem ægrariam tulit contra factionem locupletum & nobilium:ut paupe-

regni reparatio plębi sua iura restituere:quicquid
sine sanguine ciuium ulcisci:nequid iure factũ sit
Superiorib9 annis taciti indignabamini ærarium
expilari:reges & populos liberos paucis nobilib9
uectigal pendere:penes eosdem & summam glo
riam:& maximas diuitias esse:tamen hæc talia fa-
cinora ĩpune suscepisse parum habuere. Itaq; po
stremo leges:maiestas uestra:diuina & humana
oĩa hostib9 tradita sunt.neq; eos:q ea fecer̃ pudet
aut pœnitet:sed incedunt p ora uestra magnifici

ribus ciuibus agri restituerentur : qui eis adem-
pti fuerant per locupletes contra leges: sicuti su-
pra uisum est.¶Quicquid sine sanguine ciuiũ
ulcisci nequit iure factum sit.Hoc ideo dicit : qa
posset aliquis dicere.O Memmi.Tu dicis nobi-
litatem iniuriam plæbi intulisse : quia Grachos
interfecit.Sed uide quid dicas.Nam multi existi
mant Gracchos iure interfectos fuisse:tanquam
ciues seditiosos:& tanquam ciues:qui discordiã
inter patres & plæbem seminarent . Respondet
Memmius.Sit ita.Concedo Gracchos iure iter
fectos fuisse:sed alia scelera nobilitatis & patruũ
atq; alias iniurias ostendam:quibus intelligetis
eos uestram libertatem opprimere uoluisse : &
ex quibus intelligetis:eos tanquam dominos:
uos tanquam seruos esse.Potestis hoc ferre: cer-
te nõ debetis.¶Quicquid sine sanguine ciuium ulcisci : nequid iure factum sit. Hoc dicit propter Gracchos
& eos qui cum ipsis interfecti sunt.Ac si diceret.Concedo Gracchos iure:idest interfectos esse:quamq̃ si in
aliquo peccauerant:eos poterant aliter punire:& nõ interficere.¶Vlcisci:idest uindicari :puniri:passiue po
situm est ulcisci.¶Nequid:idest non potest.Ac si diceret:concedo iure interfectos esse: sed tamen si quid de
liquerant:id puniri poterat sine sanguine.Et ita per hæc uerba negat iure interfectos esse:quamuis concede
re uideatur.¶Superioribus annis.Memmius trãsit ad alia crimina patrũ siue nobilitatis : quia de Gracchis
uaria erat opinio:nunquid iure occisi essent.Vnde Scipio Aemilianus:qui erat affinis Gracchorum .Nam
sororem eorum uxorem habebat:cum apud Numantiam bellum gerens. audiuisset Tyberium Gracchum
interfectum fuisse:interrogatusq; esset:quid sibi uideret de morte eius.Respondit:illum sibi uideri iure in-
terfectum esse.Memmius igitur transit ad alia scelera nobilitatis:& dicit.O Quirites superioribus ãnis uos
moleste ferebatis ꝙ nobiles ærarium expilabant:& pecunias publicas diripiebant:& a regibus & populis li
beris uectigalia exigebant:hæc tanta scelera nequaquam punita fuerunt.Et propterea:quia uidebant se im-
pune peccare:leges & maiestatem uestram hostibus tradiderunt:sicuti nunc fecit cõsul Bestia: quia tã igno-
miniosum fœdus cum Iugurtha fecit.Ordo est:uos taciti indignabamini superioribus annis ærarium ex-
pilari:& indignabamini reges & liberos populos pendere uectigal paucis nobilibus:& indignabamini pe-
nes eosdem esse:& summam gloriam & maximas diuitias:ac si diceret. O Quirites:nõne uidetis nobilita-
tem & patres in manibus suis uniuersam rempublicam habere:& eam pro arbitrio suo uersare : ipsi ærariũ
spoliant:uectigalia publica exigunt:prouincias administrant:& in administratiõe harum rerum infinita sce
lera impune committunt.¶Taciti:quia indignabamini:sed nihil dicebatis.Aerariũ dicitur locus : ubi æra
& pecuniæ publicæ reponuntur.¶Expilari:idest spoliari:& furto diripi.¶Reges & populos liberos:qui bel
lo subacti fuerãt a Romanis:& populos liberos:q reges nõ hñt:sed in libertate uiuũt.¶Vectigal.i.tributũ:
uectigal ꝓprie dr̃ id precium:quod pendit̃ pro uectura alicuius rei.¶Pendere:idest soluere. ¶Tamen hæc
talia facinora impune fecisse parum habuere:idest nobiles non satis putauerunt:ꝙ tanta scelera perpetras-
sent.nec puniti fuissent:sed etiam alia scelera addiderunt:itaq; leges & maiestatem uestram hostibus tradi-
derunt.¶Impune sine pœna:quia puniti non sunt.¶Parum habuere:idest parum putauere:ac si diceret:nõ
fuerunt contenti sceleribus illis:& ideo alia addiderunt.¶Itaque : quia parum putabant scelera suprascri-
ta impune perpetrasse.Ordo est:itaq; leges & maiestas uestra & omnia diuina & humana sunt tradita hosti
bus:neq; eos pudet : qui facere ea aut pœnitet:sed incedunt magnifici per ora uestra: ostentantes sacerdo-
tia & consulatus:pars ostentantes triumphos suos:perinde quasi:idest tanquam si habeant ea honori:& nõ
prædæ:Memmius ostendit nobilitatem uniuersam pro arbitrio suo tractare:Rempubli.& leges & maiesta
tem populi Romani:& diuina atque humana omnia uiolare:atq; ea hostibus tradere: quemadmodum su-
pra Salustius ostendit.Nam maior pars Senatus ac nobilium pecunia a Iugurtha corrupti contra leges &
præter maiestatem populi Romani:Iugurtham impunitum dimiserunt:qui Hiempsalẽ interfecerat:& Ad
herbalem regno eiecerat . Cum ergo Senatus talia facit : leges & maiestatem populi:& diuina & humana
omnia hostibus tradit.¶Pudet:uerecundiæ est.¶Pœnitet:doloris est.Male faciunt : nec eos male facti pu-
det aut pœnitet:sed procedunt in publicum:dignitates:& honores suos palam omnibus ostentantes : quia
aliquando uel pontifices maximi fuerunt:uel consulatum gesserũt:uel ex hostibus triumpharũt.¶Per ora
uestra: idest in conspectu uestro.

IOAN. CHRI.

¶ Sacerdotia:uel pontificatum:uel aliquod aliud ſacerdotium:nam Romani pontificem maximum creabant:qui omnibus ſacerdotibus præerat. ¶ Perinde quaſi honori habeant:non prædæ. Nobiles ex ſacerdotiis:& ex magiſtratibus:& ex triumphis:non tam honorem ſibi acquirunt:quam prædam & diuitias atque pecunias. Nam qui triumphabant:& qui magiſtratus Romanæ reipublicæ adminiſtrabant:multas ſibi diuitias:& pecunias accumulabant. Et propterea triumphi & magiſtratus:non tam illis honori fũt: quã prædæ Sicuti conſulatus Beſtiæ conſuli:non tam fuit honori:q̃ prædæ. Nam multas pecunias accepit a Iugurtha: ut illum in deditionem acciperet. Beſtia igitur conſulatum habuit:nõ tam honori:ideſt ad honorem:q̃ prædæ:quia in eo conſulatu plus prædæ: & pecuniarũ acquiſiuit: q̃ honoris. ¶ Serui ære comparati: iniuſta imperia non perferunt. Poſtquam uitia & ſcelera nobilitatis oſtendit: hortatur plæbem ad ea ſcelera punienda: & ne uelint pati libertatem ſuam opprimi. Dicit eniꝫ ſerui qui pecunia empti ſunt:nõ poſſunt pati dominos iniuſtos & crudeles. Vos autẽ Quirites totius orbis terrarũ domini & rectores:quomodo poteſtis pati ignominioſam ſeruitutem. ¶ Serui ære parati:ideſt ipſa pecunia empti. ¶ Iniuſta impia:ideſt dominos iniuſtos & crudeles. ¶ Non perferunt:ideſt non ſuſtinent. ¶ Vos quirites in imperio nati:ideſt:uos qui non eſtis ſerui:ſed domini. Et eſt color qui dicitur contentio qui fit cum ex contrariis rebus oratio conficitur ¶ At qui animo ſeruitutem tolleratis: ideſt uos pati poteſtis:ut uobis dominẽtur nobiles. ¶ At qui ſunt hi. Oſtendit eos non debere pati ſeruitutem:præſertim ab hominibus ſceleratis. ¶ Sceleratiſſimi:in odium adducit aduerſarios:ſceleratos eos:& flagitioſos appellans. ¶ Cruẽtis manibus:ac ſi diceret homicidæ. ¶ Immãi:ideſt ingenti. ¶ Quibus fides:decus:pietas:honeſta atqꝫ inhoneſta omnia quæſtui ſunt: ideſt qui uẽdũt fidem:& decus:& pietatem:& honeſta: & inhoneſta. Nam pecunia talibus carior eſt quam fides:& decus:& honeſtas:ſicuti ſupra dixit de legatis qui ĩ Numidiam prouinciam miſſi: meliorẽ partem regni iugurthæ adiudicarunt. Nam hi pecuniam fide cariorem habuere. Deinde dicit. Paucis fides q̃ pecunia carior fuit. ¶ Decus:ideſt honorem: Beſtia decus ſuum quæſtui habuit:quia honorem ſuum per pecuniam uendidit. Nam propter pecuniam fœdus cum Iugurtha fecit:quod ſibi magno dedecori fuit. ¶ Honeſta: ut ſi quis propter pecuniam pudicitiam ſuam amitteret. ¶ Quæſtui:ideſt ad quæſtum:quæſtus dicitur turpe lucrum. ¶ Pars eorum: ordo eſt. Pars eorum habent pro munimento. ¶ Tribunos plæbis occidiſſe:alii ſcilicet habent pro munimento quæſtiones iniuſtas feciſſe. ¶ Plærique habent pro munimento feciſſe cædem in uos:ideſt quidam putant ſeſe eſſe tutos: quia tribunos plæbis occiderunt. Alii uero putant ſe eſſe tutos:quia quæſtiones:ideſt inquiſitiones iniuſtas & iniquas exercuerunt:alii putant ſe eſſe tutos:quia multos ex plæbe interfecerunt. Atqꝫ hoc modo: unde maxime timere deberent:inde maxime tutos ſe eſſe putãt. ¶ Occidiſſe:ideſt interfeciſſe. ¶ Tribunos plæbis:ſcilicet Tiberium & Caium Gracchos. ¶ Quæſtiones:ideſt inquiſitiones:quæ per tormenta fiunt. ¶ Pro munimẽto pro defenſione. ¶ Ita quã:ideſt hoc modo tantum quiſqꝫ eſt maxime tutus: quantum quiſque peſſime fecit ¶ Metum a ſcelere ſuo ad ignauiam ueſtram tranſtulerunt:hoc eſt quod ſupra dixit. Atque etiam non timetis eos:quibus terrori eſſe decet:hoc enim dicit. Nobiles timere debent propter ſcelera ſua. Nunc autem uos:o quirites timetis propter ignauiam ueſtram:quia animus uobis ab ignauia corruptus eſt:ſicuti ſupra dixit. Et ita ipſi trãſtulerunt metum a ſcelere ſuo ad ignauiam ueſtram:quia ipſi non timent: qui timere debuerant propter ſcelera ſua. Et uos timetis propter ignauiam ueſtram: qui timere non deberetis: quia nihil mali feciſtis: ſed timetis propter ignauiam:quia puſillanimes eſtis: ordo eſt:illi nobiles ſcelerati tranſtulerũt metum a ſcelere ſuo ad ueſtram ignauiam: quos omnes coegit in unum hoc: quod ſequitur uidelicet:eadem cupere:eadem odiſſe:eadem metuere. ¶ Eadem cupere:ſcilicet mala. ¶ Eadem odiſſe: ſcilicet bona:ſicuti in Catilinario:dicit idem uelle:& idem nolle:ea demum firma amicitia eſt: hoc loco dicit: eadem cupere: eadem odiſſe: eadem metuere: inter bonos eſt amicitia: ſed inter malos eſt factio. Quando ergo mali homines eandem rem cupiunt: & eandem rem odio habent: & eandem rem metuunt: ſi in unum coniunguntur: uocatur factio: ſi boni homines faciunt:hoc idem uocatur amicitia. ¶ Coegit:ideſt congregauit. ¶ Quod ſi tam:ordo eſt:quod pro ſed.

ſacerdotia & conſulatus. pars triũphos ſuos oſtẽtantes:perinde quaſi ea honori non prædæ habeant. ſerui ære comparati iniuſta imperia dominorum non perferunt. Vos Quirites in imperio nati:æquo animo ſeruitutem tolleratis: At qui ſunt hi:qui hanc rempublicam occupauere:homines ſceleratiſſimi:cruentis manibus:immani auaritia. nocentiſſimi.idemqꝫ ſuperbiſſimi.quibus decus. fides.pietas. poſtremo honeſta atque inhoneſta omnia quæſtui ſunt:pars occidiſſe tribunos plæbis: alii quæſtiones iniuſtas: plærique cædem in uos feciſſe pro munimento habent. Ita q̃ quiſque peſſime facit:tam maxime tutus eſt.metum a ſcelere ad ignauiam ueſtram trãſtulere: quos omnis cupere eadem: eadem odiſſe: eadem metuere in unum coegit: ſed hæc inter bonos amicitia: inter malos factio eſt. Quod ſi tam uos ad curam libertatis:quam illi ad dominationem accenſi ſunt

IOAN. CRI

¶ Sed profecto neq respu.uastaretur:sicuti nunc scilicet uastatur:& beneficia uestra forent penes optimos: non penes audacissimos:si uos haberetis tantam curam libertatis:qui pro quantum illi sunt accensi ad dominationem. Aduersarios in odium adducit:cum dicit illos esse cupidos dominãdi:nobiles dominari uobis cupiunt:o quirites:& uos libertatem uestram non curatis. Nam si tantopere curam uestræ libertatis haberetis:quantopere illi cupiunt dominari:profecto neq resp.uastaret sicuti uastat:& honores ac magistrat9 penes optimos essent:& non audacissimos:quia si maiorem curam uestræ libertatis haberetis:honores & magistratus daretis optimis uiris:& non improbis ac sceleratis.

profecto:neq respublica.sicuti nunc uastaretur: & beneficia uestra penes optimos: non audacissimos forent. maiores quidem uestri parandi iuris & maiestatis constituendæ gratia: per secessionẽ armati:bis auentinum montẽ occupauere. uos ꝑ libertate. quam ab illis accepistis. nonne summa ope nitemini:atque eo uehementius:quod maius dedecus est parta amittere. q̃ omnino non paruisse. Dicet aliquis quid igitur censes? uindicadum in eos, qui hosti prodidere Rempublicam nõ manu neq ui:quod magis uobis fecisse. q̃ illis accidisse indignum est. Verum quæstionibus. & indicio ipsius Iugurthæ. qui si deditus est. ꝑfecto iussis uestris obediens erit. Sin ea contemnit. scilicet existimabitis. qualiter illis pax. aut deditio sit. ex q̃ ad Iugurtham scelerum impunitas ad paucos potentes maxime diuitiæ. at in Rempu. damna atq

¶ Bñficia uestra: idest honores magistratus. Nam popu. Roma. beneficium est: dare honores & magistratus quibuscũq uoluerunt. ¶ Penes optimos. i. apud optimos. ¶ Maiores uestri parandi iuris & maiestatis constituendæ gratia. Maiores uestri (inquit) ut iussus sibi & maiestatem pararent:& constituerent:bis secesserunt a patribus armati in montem. Auentinum:sicuti supra uisum est. ¶ Parandi iuris grã: idest causa acquirendi iuris sui:ut plæbs ius suũ haberet:ex quo concessum est plæbi:ut suos magistratus haberet sacrosanctos: qui eã defenderent. Itaq tribuni plæbis creati sunt: sicut supra uisum ẽ. Et cũ postea creatis decem uiris: plæbs tribunos amisisset:iterum secessit in montem ꝑ occasionẽ Virginiæ occisæ. Et tribuni plæbi restituti sunt. ¶ Et maiestatis. i. uenerationis. Nam maiestas est: per quam aliquis ueneratur simul & timetur. Antequam crearentur Tribuni plæbis:plæbs contemnebatur:sed postquam creati sunt tribuni plæbis:uenerari & timeri cœpta est ¶ Summa ope: idest summis uiribus. ¶ Maius dedecus est ¶ Parta. i. acquisita. ¶ Paruisse. idest acquisiuisse. Sine dubio turpius est amittere ea: quæ semel sunt acq̃sita: q̃ omnino nunq̃ acquisiuisse. ¶ Quid igit censes. Aliquis mihi fortasse diceret: o Memmi. Tu hortaris nos:ut tueamur nostram liberbertatem:sed tu dixisti supra: ꝙ nõ est opus:ut neq armis ad hoc. Quid ergo censes tu esse faciendum? Mẽmius respondet. Ego censeo eos esse puniendos:qui hosti prodidere rempu. non ui neq armis:sed q̃onib9 idest inquisitionibus:& indicio ipsius Iugurthæ. ¶ Quid igitur censes? inducit aliquem ita se interrogãtem O Mẽmi. Quid igit censes. i. quid iudicas esse faciendum. ¶ Vindicandum:hæc sunt uerba Mẽmii rñdẽtis ego censeo uindicandum in eos qui prodidere Rempublicam hosti:non manu neq ui:quid est magis indignum uos fecisse:quam illis accidisse. ¶ Verum. i. sed quæstionibus. s. uindicandum censeo:& indicio ipsius Iugurthæ:qui profecto erit obediens nostris iussis:si ille est deditus. ¶ Vindicandũ in eos: idest eos esse puniendos. ¶ Hosti. s. Iugurthæ. ¶ Prodidere Rempublicam. Quomodo respu. prodita in Iugurtha:qa fœdus flagitiosissimum cum eo factum est: iniussu Senatus populiq Romani. ¶ Non manu. i. per manum. i. per uim:& hoc sequentia declarant. ¶ Quæ magis. i. quæ res non tam uobis conuenit q̃ illis:qui tãtum scelus commiserunt:mererentur quacunq ratione puniri:etiam ui:sed hoc uobis non conuenit. Nam uos decet nocentes punire non ui:aut armis:sed iudicio & iusticia. ¶ Quod: idest quæ res scilicet punire eos ui. ¶ Quæstionibus:idest inquisitiõibus:ut quæratur diligenter:& indagetur:qui fuerint auctores & complices huius fœderis:quod cum Iugurtha factum est. ¶ Indicio. i. per indicium:ut Iugurtha indicet & detegat ueritatem. ¶ Qui. s. Iugurtha. ¶ Deditus:dedere est tradere. ¶ Iussis. i. præceptis nostris obediens erit:quia ueritatem dicere cogemus Iugurtham. ¶ Sin ea contemnit. si (inquit) Iugurtha Romam uenerit: ex ipso ueritatem agnoscemus. Sed si uenire noluerit:signum est sine dubio:in ea pace:quæ cum ipso facta est:fraudem & dolum fuisse:quia ex ipsa pace hæc mala sunt secuta. Nam ipse pro suis sceleribus punitus non est:pauci Romani per ipsam pacem diuites facti sunt:in rempublicam damna & dedecora peruenerũt. ¶ Sin ea contemnit:ordo est:sed. s. idest certe existimabitis qualis sit illa pax:ex qua impunitas scelerum ꝑuenit ad Iugurtham:magnæ diuitiæ peruenerũt ad paucos potẽtes:damna atq dedecora peruenerunt in rempu. Si ille igitur Iugurtha contemnit ea. ¶ Sin. i. sed si contemnit ea:idest si contemnit & negligit:& non uult uenire Romam:quia timet:ne uerum dicere cogatur. ¶ Scilicet existimabitis:idest certe putabitis:hoc est certe putare debetis:qualis sit illa pax:ex qua tot mala secuta sũt. Existimare enim certe potestis ꝙ sit iniqua pax. ¶ Impunitas scelerum:scilicet peruenit. est enim zeuma ab inferiori. ¶ Impunitas scelerum:quia in conditionibus pacis illius:scelera eius impunita relinquuntur ¶ Ad paucos:ueluti ad consulem & Scaurum. ¶ Damna atq dedecora. Damnum enim hoc peruenit in rempu. quia Numidia prouincia in conditiõibus pacis Iugurthæ concessa est:quæ in potestatem & ius populi Romani uenisset:si consul bello persecutus eẽt Iugurthã.

dedecora peruenerunt:niſi forte nondum etiam uos dominationis eorum ſacietas tenet: & illa q̃ hæc tempora magis placent: cum regna:prouinciæ:leges:iura.iudicia.bella:atqꝫ paces.poſtremo diuina & humana omnia penes paucos erāt: uos autem inuicti ab hoſtibus.imperatores omnium gentium ſatis habebatis animum retinere. Nam ſeruitutē quidem quis ueſtrū recuſare audebat? At ego tametſi uirum flagitioſiſſimum exiſtimo impune iniuriā accepiſſe. tamen uos hominibus ſceleratiſſimis ignoſcere:qm̄ ciues ſunt æquo aīo paterer:niſi miſericordia in perniciem caſura eēt. nam & illis(quantum importunitatis habēt)parum eſt impune male feciſſe. niſi faciundi licentia deinde eripiatur. & uobis æterna ſollicitudo remanebit. quum intelligetis. aut ſeruiendū eē. aut

IOAN. CHRI. ¶Dedecora:quia tot & tanta ſcelera Iugurthæ impunita ſunt relicta:& dedecus fuit etiam populo Romano tam ignominioſam pacem & fœdus cum Iugurtha facere:in qua pace Numidia ei conceſſa eſt: quæ antea iuris fuit populi Romani:licet adminiſtratio permiſſa eſſet familiæ Maſſiniſſæ propter amicitiam.¶Niſi forte:ordo litteræ cum ſuperiore coniungitur:& ſenſus pendet a ſuperiori.Dico ꝙ ſumma ope conari debetis pro ueſtra libertate:& punire eos qui rempub.hoſti prodidere:niſi forte adhuc uobis placet ſeruire nobilibus:quemadmodum feciſtis his ſuperioribus annis:poſtquam iterfecti fuerunt Tyberius &.C.Gracchꝰ defenſores ueſtri:& hoc eſt:quod dicit.Niſi forte dico': ꝙ debetis facere quod dixi:niſi nōdum etiam ſatietas dominationis eorum teneat uos & niſi illa tempora magis placent:q̃ hæc uidelicet:quando regna:& prouinciæ:& leges:& iura & iudicia:& bella & paces: poſtremo omnia diuina & hūana erant penes paucos:ſcilicet penes Senatum & nobiles:& quādo uos hoc eſt popu lus Romanus inuicti ab hoſtibꝰ:&: imperatores omnium gentium:ſatis habebatis retinere animum in inuidiam:& adducit Senatum & nobiles patricios:quos dicit ſuperioribus annis poſt mortem Tyberii & Caii Gracchorū dominos & principes fuiſſe:& totam Romanam rempu. in eorum poteſtate & arbitrio fuiſſe. Populum autem Romanum pauperem & ſumma cū egeſtate uix uiuere potuiſſe:qui uictor omnium gētium totum orbem terrarum ſuo ſubegerat imperio. Et reuera. Nam plæbs: hoceſt populus: & multitudo multa bella agebat: & gentes ac populos infinitos imperio Romano ſubigebat & ſemper in paupertate eratꝰ. Senatus autem & nobiles honores:& magiſtratus:& adminiſtrationem prouintiarum totius Romanæ Reipublicæ poſſidebat.¶Dominationis eorum.ſ.Nobilium & Senatus.¶Illa tempora.ſ. poſt mortem Tyberii & Caii Gracchorum.Nam poſt mortem eorum per aliquot annos tota reſpublica Romana in poteſtate & arbitrio ſenatus fuit:tota plæbs perculſa.¶Quam hæc.ſ.tempora:in quibus plæbs in ſuum ſibi cœpit uēdicare.¶Regna:quia regna:quæ bello ſubigebantur imperio populi Romani per Senatum adminiſtrabātur & ſimiliter prouinciæ.Sciendum eſt autem ꝙ Romāi ſi regnum aliquod:uel inſulam aliquam: uel partem alicuius ꝓuinciæ:uel totā ꝓuinciā aliquā bello ſubigebant:eandē:ſiue eaſdē:uel per cōſules:uel ꝑꝓcōſules uel per prætores adminiſtrabant:et prouincia uocabatur.¶Leges iura:iudicia: bella: atqꝫ paces.poſtremo uero diuina & humana omnia:his omnibus rebus tota Romana Reſpublica conſeruatur:& continetur. ¶Penes paucos.i.apud paucos.i.in poteſtate paucorum:uidelicet ſenatus & nobilium.¶Vos autē: hoc eſt populus Romanus.Ex hoc magis inuidiam ac ſi diceret.Tota reſp.erat in poteſtate paucorum: & populus Romanus:qui totum orbem terrarum ſuo ſubegit imperio:uix habebat:unde uiueret:ac ſi diceret res indigna eſt:& non tolleranda.¶Nam ſeruitutē:uere dico:ꝙ ſatis habebatis ſi uiuere poteratis:quia ſeruitutem non recuſauiſſet aliquis ueſtrum:modo uictum iuuenire potuiſſet:ideo pauperes & miſeri eratis.¶At ego ordo eſt:atqꝫ ego tamen paterer æquo aīo uos ignoſcere ſceleratiſſimis hoībus:qm̄ ſunt Ciues: niſi miſericordia eſſet caſura in perniciem:tametſi pro q̄uis ego exiſtimo eſſe flagitioſiſſimum.accepiſſe iniuriam impune.Quamuis(inquit)turpe putem:non punire iniuriam acceptam:tñ ego æquo aīo ferrem uos parcere ſceleratis hoībus:qa ſunt ciues:niſi talis miſericordia maius malum & maiorē ꝑniciem generaret.¶Flagitioſiſſimum.i.turpiſſimum.¶Iniuriam:qa reſp.hoſti ꝓdita eſt.¶Hoibus ſcele.qui rempu.hoſti ꝓdiderunt. ¶In perniciem.i.exitium & ruinam rei u.¶Caſura.i.uentura.¶Nam & illis(quantum importunitatis habent)parum eſt impune male feciſſe: niſi deinde faciendi licentia eripitur: & nobis æterna ſollicitudo remanebit:cum intelligetis:aut ſeruiendū eē:aut ꝑ manus libertatem retinēdam:ordo eſt.Nam & illis eſt parum malefeciſſe impune(quantū importunitatis habent)niſi licentia faciendi:deinde eripie̊: & æterna ſollicitudo remanebit nobis cum intelligetis:aut ſeruiendum eſſe:aut libertatem eē retinendā ꝑ manus.Reddit cauſam quare miſericordia in perniciem uentura ſit.Quāobrem dixi ꝙ miſericordia in perniciē & ruinam uentura eſt:quia. et illi tantum importuni ſunt.ut non contenti impunitate prioꝝ ſcelerum: alia maiora ſcelera ſint cōmiſſuri:niſi oīno eis maleficiendi licentia tollatur.Et nos perpetuo ſolliciti erimus:quando intelligemus eſſe neceſſe:ꝙ uel ſeruiamus:uel libertatem ꝑ uim retineamus.¶Quantum importunitatis habent:per parentheſim dictum eſt:cum admiratione & indignatione.¶Nam & illis:ſcilicet hoībus ſceleratis.¶Parum eſt:parum uidetur eis hoc:ꝙ male fecerūt:& puniti nō ſunt:& qa hoc paꝝ uide̊:ſcelera ſceleribus addent:niſi nunc puniane̊:& eis omnino maleſaciendi licentia tollå.¶Impune.i.ſine pœna.¶Seruiendum eſſe.i.iugum ſeruitutis eſſe ſumendum:quemadmodū ſeruiūt populi regibus & tyrānis ſubiecti.

¶ Per manus.i.p uim.Nã fidei:uere dico:q̃ si nunc nõ puniretis sceleratos hoies:aut libertatẽ amittemus: aut eã per uim retinere opportebit:quia nõ est spes:q̃ inter uos & patres fides:aut cõcordia:uel pax esse posſit:& hæc est ratio:quia illi uolunt esse domini:& uos non uultis esse serui:sed liberi:rursus illi uolunt facere uobis iniurias:& uos nõ uultis tolerare:nã fides dicitur quando fit id:quod dicitur.Nũc ergo dicit fides inter uos patres esse nõ poterit:qa si illi uobis aliquid promittent:non seruabunt.Nã uos tanq̃ seruos tractare & habere cupient & uolẽt.¶ Illi.i.pres & nobiles.¶ Vos.s.uultis.¶ Facere.s.uolũt.¶ Sociis nrĩs:socios nostros tanq̃ hostes tractant:quæ res indigna ẽ populo Ro.& nullo mõ tolerãda.¶ Sociis no. Dixi supra q̃ uocabant socii populi Ro.¶ Potest ne eẽ pax.q.d.nõ.Quar ergo Mẽmi9:postq̃ oñdit:quæ mala uẽtura sint in rẽp.nisi factũ cõsulis & socioꝝ eius puniat:cõcludit orõnem exhortans populũ Ro.ad puniendũ scelus cõsulis:qa fœdus cũ Iugurtha fecerat ignominiosũ sine ulla authoritate Sena.Po.q̃ Ro.¶ Non peculatus:p cõparationem auget atrocitatem criminis.Dicit.n.hoc nõ est crimen læsæ maiestatis:qñ qs totam rẽpu.offendit:sicuti pbat fecisse cõsul.¶ Peculat9:peculatus dr̃ furtum pecuniæ publicæ.¶ Nõ peculatus ærarii factus.i.furtum pecũiæ publicæ nõ est factum:ærariũ locus:ubi pecũiæ publicæ reponunt.¶ Neq̃ p uim sociis ereptæ sunt pecuniæ.Si quis socios expoliasset: & accusatus fuisset:is reus repetũdaꝝ dicebat: sicuti fuit Verres:q cum ptor totã Siciliã rapinis & furtis uexasset:a Siculis querelæ Romã delatæ sũt:atq̃ ita Ciceróe cãm Siculoꝝ suscipiente: Verres repetundarum reus damnatus est:is aũt q̃ repetũdarum accusatus eẽt:atq̃ dãnatus furtis oĩum:quos expoliauerat in pciũ redacti ex bonis suis uenditis auctiõe:eam sũmam restituebat.¶ Quæ.s.expoliare ærarium:uel socios.¶ Tamen ex cõsuetudine.i.pter cõsuetudinẽ: quia sæpe hæc dũ crimina ppetrant.s.peculatus & repetundarum.¶ Habent.i.reputant.¶ Hosti acerrimo:ac si diceret:ecce crimẽ:qd puniẽdum est:nam crimẽ est læsæ maiestatis:quia maiestas totius populi offensa est.¶ Authoritas senatus:.pditum impium urm:quia fœdus cum Iugurtha fieri nõ potuit sine cõsensu Senatus populiq̃ Romani.¶ Domi militiæq̃.i.& Romæ & in exercitu respub.uẽdita fuit:quia & Romæ & in exercitu ciues Romani nobiles corrupti rẽpu.prodiderunt.¶ Quæ:nisi quæsita:nisi inqt inqsitio facta fuerit de his criminibus:& nisi nocẽtes puniti fuerint:nihil aliud restat:nisi ut nos seruiam9 illis:tãq̃ regibus:quia illi.pprie reges dicunt:qui possunt facere quicqd uolunt ĩpune:ordo ẽ.Quid erit reliquũ:ut uiuamus obediẽtes illis:qui fecere ea nisi:quæ.i.illa erunt quæsita:& nisi erit uindicatũ in noxios.¶ In noxios.i.cõtra nocẽtes.i.nisi nocẽtes puniti fuerint.¶ Quid erit reliquum.i.quid restabit.¶ Illis:qui ea fecerunt uidelicet nobilibus.¶ Obediẽtes:ac si diceret.Quid restat:nisi ut in seruitutẽ redacti obediamus illis:quasi regibus.¶ Nam ipu.uere dico:q̃ nihil aliud restat:nisi ut seruiam9 illis:quasi regib9:quia illi.pprie uocant reges:quia faciũt quicqd uolũt ĩpune.Si ergo illi:qui rempu.pdiderũt puniti nõ fuerint:nõne sũt tanq̃ reges. Nullũ.n.peccatũ grauius cõmittere potuerũt.Nã impune.Hic est color:qui dr̃ diffinitio:nam.p commodo suo diffinit quid sit rex.Quid ẽ rex:Rex ẽ:qui põt facere qcqd uult ĩpune.¶ Malitis.i.magis uelitis.¶ Perperam:idest peruerse & male.¶ Recte.i.bene.¶ Sed ne:idest sed hortor.¶ Ignoscẽdo malis:dum malis ciuibus pcitis.¶ Perditum eatis:idest perdatis.¶ Ad hoc.i.præterea.¶ Præstat:idest melius ẽ:ut Virgi.Præstat trinacrii metas lustrare pachini.In repub.Melius est obliuisci beneficioꝝ q̃ iniuriarum:sed secus est in rebus priuatis.Nam priuatum hominem magis decet iniurias obliuisci q̃ beneficia ¶ Quam maleficii:idest iniuriæ.Et notandum maleficium iniuriam significare.¶ Bonus:reddit rationem:quare melius est obliuisci beneficium q̃ iniuriam:quia ille:qui in republi.benefacit:si non remuneratur:negligentior tantũmodo fit ad bene merendum in posterum.Sed ille qui malefacit in repub.si non punitur:sceleratior fit.¶ Segnior: idest negligentior & tardior ad promerendum in posterum.¶ Vbi negligas:idest quando contemnas præmio digno meritum eius:& uirtutem afficere. ¶ Improbior.s.fit:idest sceleratior & peior.¶ Ad hoc.idest præterea.Alia etiam ratio est:quare melius est obliuisci beneficium q̃ iniuriam obliuisci:idest punire innocẽtes q̃ non remunerare bene meritos:quia si nocentes puniuntur:non sunt quæ faciãt iniuriam:& si iniuriæ nõ sunt:nunquam indigebis auxilio:ne tunc indigemus auxilio:quando opus est:ut resistamus eis : qui nobis iniuriam faciunt.¶ Haud sæpe:idest non sæpe.¶ Egeas pro egebis:idest indigebis.

p man9 libertatẽ retinẽdã.Nã fidei qdẽ:aut cõcordiæ:quæ spes ẽ:dominari illi uolũt:uos liberi esse: facere illi iniuriã:uos phiber:postreo sociis nrĩs ueluti hostib9:hostib9 p sociis utunt.põt ne in tã diuersis mẽtib9 pax.aut aicitia eẽ: Quar mõeo hortorq̃ uos.ne tãtũ scelus ipunitũ omittatis.non peculat9 ærarii factus ẽ.neq̃ p uim sociis ereptæ pecuniæ:q̃ q̃q̃ grauia sint.tñ ex cõsuetudie iã p nihilo hñtur:hosti acerrimo pdita senat9 authoritas. pditũ iperiũ uestrũ est.domi militiæq̃ respublica uenalis fuit.quæ nisi q̃sita erũt:& nisi uindicatũ in noxios.qd erit reliquũ:nisi ut illis obedientes uiuamus:q eã fecerũt.nã ipũe quodlibet facere.i.regẽ esse.Neq̃ ego uos.Qu.hortor:ut malitis ciues uestros perperã q̃ recte fecisse.sed ne ignoscẽdo malis bonos perditũ eatis.Ad hoc in rep.multũ pstat beneficii:q̃ maleficii imemorẽ eẽ:bonus fit tãtum modo segnior.ubi negligas:at malus improbior. ad hoc:si iniuriæ nõ sint:haud sæpe auxilii egeas.

IOAN. CHRI.



Aec atq; alia: dicit Mẽmium oratione sua persuasisse populo id quod uolebat: uidelicet: ut mitteretur. L. Cassius prætor ad Iugurtham: & eum iterposita fide publica Romam adduceret: ut ipse Iugurtha indicaret & panderet: qui fuissent illi canes Romani: qui ab ipso pecũia acceperant. L. Cassius hic fuit uir summæ seueritatis. Nam multa ei⁹ extãt seueritatis exempla: hic etiã Tribunus plæbis plures leges tulit ad minuẽdam nobilitatis potẽtiam. Hui⁹ extãt leges de suffragiis ferẽdis nõ uoce: sed per tabellã. ⸿ Prætor erat. Decẽ prætores Romæ creabant: qui ius populo dicerent. Similiter decem tribuni plæbis: quoq; magna erat authoritas. Nam ad defensionem populi creati erant. ⸿ Interposita fide publica: idest data fide publica ut Iugurtha securus ueniret Romam: & inuiolatus esset. ⸿ Scauri & reli. quorũ delicta patefierent: quos captæ pecuniæ arcebant: ideo uolebant Iugurthã Romam uenire: ut eius indicio facilius crimen Scauri & reliquorum patefieret: qui dicebant: se pecuniam accepisse ab ipso Iugurtha. ⸿ Quos captæ pecũiæ arcessebant: idest quos pecuniæ acceptæ accusabãt. Accerso & arcesso significant euoco: uel aduoco: arcesso uero significat accuso. Si autem legeris accersebant: si ue accersibant. i. aduocabant: & est sensus: quos pecuniæ acceptæ Romam aduocabant: ut ad iudicium uenirent: dicimus autem accerso tertiæ cõiugationis: & accersio quartæ & significat aduoco & appello. ⸿ Dum hæc Romæ geruntur. Dicit nunc quid fecerint illi: qui in Numidia relicti fuerãt a cõsule: ut exercitui præessent. ⸿ Elephantes: quos Iugurtha tradiderat Romanis in conditionib⁹ pacis. ⸿ Alii perfugas: perfugæ dicuntur illi: qui fugiũt ad hostem. ⸿ Ex pacatis. i. ex populis: qui pacem cum Romanis habebãt. ⸿ Tanta uis auaritiæ: hæc flagitia perpetrabant ppter nimiam auaritiam: quæ animos eorum uelut quædam pestis inuaserat. ⸿ At Cassi⁹ prætor: postquam breuiter dixit: quid in Numidia gestum sit ab his: qui præerant exercitui: reuertitur, ut ostendat quid fecerit. ⸿ Cassius prætor: quando electus erat a populo: ut ad Iugurtham proficisceretur. ⸿ Perlata rogatione. i. perlata lege: hoc est data lege. Et quæ erat hæc lex: uidelicet: ut Cassius prætor ad Iugurtham iret: & eum data fide publica: Romam duceret. Nam quicquid populus decernit siue iubet: dicit͛ rogatio siue lex: siue plæbiscitum: nam nobilitas & senatus uehemẽter timere cœpit: hac lege perlata. Multi enim timebant: ne si Iugurtha Romam ueniret: ab eo panderet͛: quia pecuniam ab ipso accepissent: & ita damnarẽtur. ⸿ Eiq;. s. Iugurthæ. ⸿ Et ex consciẽtia rebus suis diffidenti: quia sciebat se talia scelera ppetrasse: ut merito timere deberet rebus suis. ⸿ Persuadet: quo se populo Ro. dedisset. i. psuadet Iugurthæ: ut se populo Ro. daret: & ab eo ueniam peteret. ⸿ Priuatim. Cassius: tanq̃ legatus ex parte populi Romani Iugurthæ promittebat: illum tutum & inuiolatum fore: si Romam iret: & hæc erat fides publica: sed priuatim postea: nõ ut legatus: sed ut Cassius: fidem suam interponebat: promittens ei suum auxilium: si Romam iret: & omnia libere sicuti gesta erant apperiret. ⸿ Non minoris. s. præcii Iugurtha tanti estimabat fidem Cassii: quanti estimabat fidẽ populi Romani. ⸿ Ducebat. i. existimabat. ⸿ Cõtra decus regiũ: qa reges uestib⁹ præciosis uti ferme solent: hic uero uestitu sordido & abiecto usus est ad eliciendã misericordiã. ⸿ Cultu. i. ornatu & uestitu miserabili. ⸿ Ac tametsi. Dicit qd fecerit Iugurtha: postq̃ Romã uenit: ad præsidiũ cõsuetũ confugit: uidelicet: ut pecuniã sibi fautores pararet: ergo Caiũ Bebiũ Tribunũ plebis pecũia corrupit: cui⁹ auxilio tut⁹ eẽt contra oẽs iniurias: & contra ius. Tanta aũt erat authoritas uni⁹ tribuni plæbis: ut unus ꝓhibere posset: ne fieret id quod reliq oẽs tribuni uellent. Erant aũt: ut diximus: decẽ tribuni. Ordo est: ac ille cõfirmatus ab oib⁹ potẽtia: aut scelere: quoq; gesserat ea cũcta: q̃ supra mẽorauim⁹ parat. C. Bebiũ tribunũ plæbis magna mercede: ipudẽtia cui⁹ eẽt munit⁹ cõtra ius & oẽs iniurias: tametsi magna uis ai erat in ipo. ⸿ In ipo. s. iugurtha. ⸿ Cõfirmat⁹. i. cohortat⁹. ⸿ Magna mercede. i. magno p̃mio: magna pecũia. ⸿ Parat. i. pparat. ⸿ Impudentia. i. p ipudẽtiã: & bñ ipudẽtiã ei⁹ dicit. q ɔtra ius iugurthã tueri pat⁹ eẽt. ɔtra ius & iiurias. i. ɔtra iusticiã & iiusticiã.



Aec atq; alia huiuscemodi sæpe i dicendo Memius populo psuadet. ut L. cassius. qui tũ p̃tor erat: ad Iugurtham mitteret͛: eũq;: interposita fide publica. Romã duceret. quo facilius indicio regis Scauri & reliquorũ. quos pecuniæ captæ arcessebant: delicta patefierent. Dum hæc Romæ gerunt͛: q in Numidia relicti a Bestia exercitui præerãt: sequuti morẽ iperatoris sui: plurima & flagitiosissima fecere facinora. Fuere qui auro corrupti elephantes Iugurthæ traderent. alii p fugas uẽderẽt: ps ex pacatis p̃das agebãt. Tanta uis auaritiæ aios eoꝝ ueluti tabes iuaserat. At Cassius plata rogatiõe a. C. Mẽmio: ac pculsa oi nobilitate ad Iugurthã ꝓficisci͛t. eiq; timido: & ex cõscia diffidẽti rebus suis psuadet. quo se populo ro. dedisset. ne uim q̃ misericordiã experiri mallet: priuatim p̃terea fidẽ suã iterponit: quã nõ mioris quam publicã ducebat. Talis ea tẽpestate fama d̃ Cassio erat. Igit͛ Iugurtha cõtra dec⁹ regiũ cultu q̃ maxime miserabili cũ cassio romã uenit. Ac tãetsi i ipo magna uis ai erat. cõfirmatus ab oibus: quoꝝ potentia: aut scelere cũcta ea gesserat. quæ supra diximus. C. tñ Bebiũ tribunũ plæbis magna mercede parat. Cuius ipudentia cõtra ius & iniurias omnes

IOAN. CHRI.

¶Munitus:armatus:& tutus.¶ Ac.C.Memmius:ordo est.Ac p sed.C.Mémius cõsulens magis dignitati q̃ iræ:sedare p sedabat motus:& molire p mollibat aĩos eo℞:& postremo cõfirmabat fidẽ publicã fore inuiolatam per se:q̃q̃ plæbs erat infesta regi:& q̃q̃ ps iubebat illũ duci in uincula:ps iubebat suppliciũ sumi de hoste more maiorũ:nisi apperuisset socios sui sceleris.Sensus patet.¶ Aduocata cõcione.i.multitudine populi conuocata ad concionẽ.¶ Infesta.i.irata.¶ Regi.s.Iugurthæ in uincula:ecce quõ irata erat plæbs contra Iugurtham:quia pars iubebat illũ in carcerẽ duci:ps iubebat illũ occidi:nisi indicasset socios sceleris.¶ In uincula.i.in carcerẽ.¶ Appetuisset.i.indicasset:detexisset.¶ More.i.ẽm consuetudinem maiorum & antiquo℞:qa ita antiqui facere consueuerant.¶ De hoste supplicium sumi.i.Iugurtham interfici debere.¶ Dignitati magis q̃ iræ consulẽs.i.magis attendens dignitatem populi ro.q̃ irã:qa non decebat populum ro.facere id qd' ira suadebat.Nam si de Iugurtha supplicium sumpsisset:contra dignitatem suam fecisset:quia fidem datam Iugurthæ uiolasset.¶ Sedare pro sedabat.i.quiescere faciebat.¶ Motus.i.irã & indignationem.¶ Mollire:pro mollibat.i.mitigabat.¶ Postremo cõfirmabat fidem publicam p sese inuiolatam fore.i.dicebat & affirmabat se nõ esse passurũ:ut fides publica uiolaretur:quã Iugurthæ dederant per Cassium p̃torem.¶ Post ubi silẽtiũ Cum in concione oẽs silentium fecissent:in medium pductus est iugurtha:tũc Mẽmius ipso p̃nte cõmemorate cœpit oĩa scelera eius:q̃ cõmiserat in Micipsam & Hiempsalem & Adherbalẽ:hortatusq; est eum:ut libere aperiret & diceret:q ciues Romani adiuuissent illum ad hæc scelera perpetranda dicens:Populum Ro.scire & intelligere:qui fuissent illi ciues:sed tñ cupe ex ipso iugurtha oĩa magis hr̃e manifesta.¶ Post ubi.i.p⁹ quã.¶ Producto.i.in medium concionis ducto.

munit⁹foret.At.C.Mẽmius aduocata cõciõe:q̃q̃ regi ĩfesta plæbs erat: & ps in uincula duci iubet: ps ni socios sceleris apiret:more maio℞ũ de hoste suppliciũ sumi:dignitati magis q̃ irę cõsulẽs:sedare mot⁹ & aĩos eorũ molire:postremo cõfirmare fidẽ publicã:p sese iuiolatã for̃.Post ubi silẽtiũ cæpit:pducto Iugurtha uerba fecit:Romæ Nũidiæq; facinora ei⁹memorat:scelera ĩ patrẽ fr̃esq; ostẽdit:& qb⁹iuuãtib⁹ministris ea egerit:q̃q̃ itelligat po.ro.tñ se uelle mãifeste magis ex illo hr̃e:si ue℞ apiat in fide & clæmẽtia populi ro.magnã spem illi sitã.Sin reticeat nõ saluti sociis fore: sese & suas opes corrupturũ.Deinde ubi Mẽmi⁹ dícẽdi finẽ fecit:& Iugurtha iussus est r̃nder̃.C.Bebius:quẽ pecũia corruptũ supra dixim⁹:regẽ tacere iubet ac tametsi multitudo:quæ in cõcione aderat:uehemẽter accensa:terrebat eũ clamore:uultuq; sæpe

¶ Romæ:uidelicet queadmodũ Romæ ciues corrupisset pecunia.¶ Numidiæq;.i.scelera:quæ in Numidia cõmiserat:cõmemorat.¶ In patrẽ.s.Micipsam:qa impie & crudeliter usq; ad mortẽ psecutus eũ: & filios ei⁹: a quo ipse in filiũ fuerat adoptatus.¶ In fratres.s.Hiempsalem & Adherbalẽ:quos crudelissime necauerat.¶ Quibus iuuãtib⁹.Et dicebat populũ Ro.tm̃ uelle hr̃e ex illo magis manifesta:q̃q̃ intelligeret.s.populus Ro.hoc uidelicet:qbus iuuantibus:& quibus ministris gesserat ea.¶ Quibus.s.ciuibus Romãis.¶ Ex illo.s.iugurtha.¶ Si ue℞:& dicebat magnã spem eẽ sitam illi ĩ fide & clæmẽtia po.Ro.si aperiat uera: sed dicebat illum non fore saluti sociis:sed esse corrupturũ & suã opẽ:si reticeat.¶ Aperiret.i.indicaret & pãderet.¶ Si tam.i.positã.¶ Sin reticeat.i.sed si taceat.¶ Nõ sociis:uidelicet ciuibus Romanis:q iuuerũt illũ.O iugurtha si uerũ dixeris:tu sperare potes misericordiam populi Ro.sed si ueritatem dicere nolueris:socios tui sceleris non pp hoc seruabis:sed te ipsum & tuũ p̃sidium destrues.¶ Corruptu℞.i.destructurũ.¶ Deinde ubi.Vide quem euẽtũ habuit cõsiliũ & diligẽtia Mẽmii:q tãto studio po.Ro.cohortatus fuerat ad uindicandũ scelus consulis Bestiæ:& alio℞ ciuiũ:qui cõplices & socii eius fuerant ad fœdus tã ignominiosum cum iugurtha faciendũ:Mẽmius oratione sua a populo impetrauerat:ut inquisitio fieret de crimine consulis & socio℞.Et ut melius ueritas inueniri posset p indicium iugurthæ obtinuerat:ut Cassius p̃tor ad iugurthã mitteret̃:qui eum data fide publica Romã adduceret:iugurtha Romã uenerat.Res iam in eo erat:ut ueritas ueniret ĩ luce.Et ecce unius Bebii tribuni plæbis impudẽtia:hæc oĩa tãta diligẽtia & studio cõparata subuerti.Nã cum Mẽmius exposuisset scelera iugurthæ:iussissetq; illũ ueritatẽ dicere:qui ciues Romani socii eius fuissent:Bebius ex altera pte iussit illũ tacere.At ita nihil actũ est:cõcioq; illico ẽ soluta.Neq; ulla res alia Romã ac ptes armauit in bella ciuilia:nisi seditiões tribunitiæq;pcellæ:primo qdẽ ciuili sanguine Roma maculata est seditione Gracchorum:q dũ ĩmoderate nimis libertatẽ plæbis & iura tueri conãt̃:totã ciuitatem in arma cõpellũt.Hinc secutũ est bellũ ciuile Caii Marii &.L.Syllæ:cui.S.Sulpitius tribunus plæbis cãm maxime p̃stitit rogatõe sua:p quã.C.Mario bellũ Mithridaticũ demãdari fecerat:ad qd iam.L.Sylla destinatus erat:hoc bello tota italia sanguine ciuili repleta.Postremo.C.Cæsaris.&.Cn.Põpe.funestũ ac luctuosũm bellũ exarsit.Caii Curiõis maxĩe tribuni plæbis:&.M.Antonii scelere cõcitatum.Nã a principio Caii Cæsaris feroces aĩ atq; impetus leniri ac reprimi posse uidebant̃:nisi eos funesta fax Curiõis & Antonii in incœpto uehemẽtius accẽdissent:in qd' bellũ nõ tota mõ ciuitas:cũctaq; italia: sed totus orbis terrarum conspirauit.¶ Terrebat eum.s.Bebium:ordo ẽ:tñ impudentia Bebii uicit:tametsi multitudo:q̃ erat in concione uehementer accensa terrebat eum clamore:uultu:& sæpe impetu:atq; aliis modis oĩbus:q̃ ira amat fieri. Quãuis multitudo populi uerbis:uultu:& minis Bebium terreret:tñ ab incœpto moueri nõpotuit.¶ Vultuq;.s.iracundo.

IOAN. CHRI.

¶Impetu:quia nõnunq̃ irruebant in eum minantes:nisi desisteret ab incœpto.¶Quæ.i.quæ res:nã ad oĩa superiora refert:uidelicet ad clamorem:uultũ:impetũ:& ad oẽs alios modos.¶Ira amat fieri: quia hõ irat⁹ ita ferme facere cõsueuit:ut uerbis durioribus: & minis nõnũq̃ utat:ita populus ludibrio hĩtus.i.popul⁹ ludificatus.¶Exagitabat.i.uexabat.¶Quæstio.i.inq̃sitio.¶Augescũt.i.crescũt.¶Ea tẽpestate: hucusq; differuit:quẽ euẽtũ habuerit conatus Mẽmii:q inquisitionẽ facere uolebat de crimine cõsulis:nunc trãsit ad aliã rem narrandam.Dicit enim eo tempore Romæ fuisse quẽdam de Numidia prouincia:nomine.Massiuam filiũ Gulussæ.nepotem Massinissæ : cui Spurius Albinus consul persuasit:ut a Senatu peteret regnum Numidiæ:quãdo quidem ipse erat de sãguine Massinissæ:& Iugurtha eo tpe in magno odio esset:ac metu.¶Ea tempestate:eo tempore quo iugurtha erat Romæ:erat etiam : qdã Numida.i.quidam de Numidia prouincia.Massiua nomine:filiũs Gulussæ:nepos:Massinissæ:ut supra uisum est.hic ergo cum esset filius Gulussæ nepos erat Massinissæ.¶Dedita Cirtha.Hic ex Aphrica Romã ueneratːqñ Adherbal obsidionẽ diutius ferre nõ ualẽs:Cirthã urbẽ Iugurthæ tradiderat:& ipe a Iugurtha interfect⁹erat.¶Dedita Cirtha.i.tradita Cirtha ciuitate in manus iugurthæ.Profugus dr:qui procul a sedibus suis uagatur.¶Huic Spurius.Ordo est.Spurius Albinus:qui post Bestiam gerebat consulatum cũ Minutio Ruffo:persuadet huic:ut petat a senatu regnum Numidiæ:quoniam sit ex stirpe Massinissæ.Et quoniam inuidia cum metu urgeat Iugurtham obscelera.¶Post Bestiam: post Bestiã consulem creatus est consul Spurius Albinus.¶Quinto:qa quinquies consul fuerat.¶Ex stirpe.i.ex progenie.Stirps masculino genere: truncum arboris:uel radicem significat. Stirps uero fœminino genere:progeniem & prosapiã significat.Duæ rationes erant:per quas Albinus consul suadebat Massiuæ:ut regnum Numidiæ a senatu peteret.Prima ratio erat:quia Massiua ex sãguine Massinissæ:& ex ꝓgenie erat.Secunda rõ: quia iugurtha eo tempore erat in summis angustiis propter scelera eius.¶Inuidia cum metu.i. inuidia & metus.¶Vrgeat.i.præmat.¶Auidus:ostẽdit causam:quare Albinus consul hoc suadebat Massiuæ:quia uidelicet:auidus erat belli gerendi.Cum ergo Albino consuli decreta esset prouincia Numidiæ: uidebat bellum geri oportere contra iugurtham:si Senatus regnum Numidiæ Massiuæ concessisset : quia iugurtha regnũ Numidiæ sine bello Massiuæ tradere noluisset:Atq; ita futurum erat:ut cõsul exercitu suo Massiuam in regnum induceret:quod sine bello fieri non poterat.¶Auidus : consul auidus gerundi belli malebat omnia moueri:quam senescere.Consul inquit cupiebat omnia potius turbari q̃ qescere:ut sic causam haberet belli gerendi.¶Mouere:idest turbari:scilicet in prouincia Numidiæ.¶Quam senescere:idest quiescere:torpescere.¶Malebat:idest magis uolebat.¶Ipsi:scilicet Albino consuli.¶Minutio:alteri consuli.¶Quæ:postquam.Ordo est.Iugurtha imperat Bomilcari proximo ac maximo fido sibi:ut paret insidiatores massiuæ maxime occulte : dico paret precio : sicut multa confecerat: & interficiat Numidam quouis modo:si id parum ꝓcedat:& hoc facit.postquam masiua cœpit agitare:quæ idest illa: & postquam non est satis præsidii iugurthæ in amicis:quod pro quia conscientia impediebat alium eorum. & mala fama : & timor impediebat alium.Cum (inquit)massiua tractare cœpisset cũm senatu:ut sibi regnum Numidiæ concederetur:iugurtha desperato amicorum præsidio:cum Bomilcare ꝓpinquo & amicissimo suo tractare cœpit:quomodo massiuam interficeret:itaq; ipsi Bomilcari imperat:ut homines pecunia præparet:qui per insidias massiuam interficiant occulte:& si occulte per insidias occidi non posset : alio quocunquemodo ipsum interficiant.¶Quæ postquam massiua agitare cœpit:idest postquam massiua tractare cœpit : ut sibi Senatus regnum Numidiæ daret.¶Alium conscientia impediebat:quia qui pecuniam ab ipso acceperant non audebant iugurtham in hac causa defendere propter conscientiam:uidelicet :quia sciebant se pecuniã accepisse.¶Alium mala fama & timor:unum pendet ex alio:nam malam famam habebãt : qui a iugurtha pecuniam acceperant:& ideo timebant.¶Proximo:idest propinquo.¶Fido:idest fideli.¶Precio:idest pecunia.¶Paret:idest præparet.¶Sin id parum procedat:idest sed si id non ueniat ad effectum: uidelicet : ut occulte interficeretur.

impetu:atq; aliis oib⁹:q̃ ira fieri amat.uicit tamen Bebii impudentia.Ita populus ludibrio habit⁹ex concione discessit. Iugurthæ Bestiæq;:& cæteris: quos illa q̃stio exagitabat:aĩ augescunt.Erat ea tẽpestate Romæ Numida quidam noĩe Massiua:filius Gulussæ:nepos Massinissæ : q̃ iã in dissensione regum Iugurthæ aduersus fuerat: dedita Cirtha.& Adherbale interfecto.ꝓfugus ex Aphrica abierat:huic Sp.Albinus:q ꝓximo anno post Bestiam cum.Q .Minutio Ruffo consulatum gerebat:persuadet:quoniam de stirpe Massinissæ sit: iugurtham:obscelera: inuidia cum metu urgeat: regnũ Nũidiæ a senatu petat. Auidus consul belli gerundi: mouere q̃ senescere oia malebat.ipsi ꝓuincia Numidia . Minutio Macedonia obuenit. Quæ postq̃ Massiua agitare cœpit . neq; iugurthæ in amicis satis præsidii eẽ . quia eorum alium cõsciã:aliũ mala fama.& timor ĩpediebat.Bomilcari proximo.ac maxime fido ibi imperat. ut precio. sicut multa confecerat. insidiatores Massiuæ paret.ac maxime occultet.sin id parum procedat:

Quouis mō: ac si diceret apte. Numidā.s.Massiuā. Mature.i.celeriter. Exequitur.i.pficit. Talis negocii artifices.i.p hoies:qui talia negocia:uidelicet homicidia perpetrare consueuerant. Explorat.i. inuestigat. Paulo inconsultius.i.paulo incautius:sed qūo dicit paulo incautius:cū aggressum fuisse:cum dicat ꝙ illum interfecerit:iō hoc dicit:quia licet eum occiderit:tñ ipse quoqꝫ cōpræhensus est. Indicium pfitef: idest pollicetur:se indicaturū esse:cuius consilio Massiuam occiderit. Atqꝫ ita confessus est se a Bomilcare missum ad interficiendum eum:Igitur Bomilcar accusatur. Fit reus: Bomilcar fit reus magis ex æquo & bono:q̄ ex iuregētiū.Iusgentiū est:ut fides publica inuiolata seruetur:ergo ius gētiū postulabat: & exigebat:ut iugurtha cum comitib⁹ suis Romæ ob fidem publicam datā:tutus oīo & inuiolatus esset:& si Romæ īterim deliquisse inuenire tur:non tunc puniretur:sed in locū remitteretur ubi fides publica ei data erat.s.in Numidia:deinde ab eo satisfactio iniuriarum repeteref:ꝙ si satisfacere nollet:tunc eo bello persequi iuregētiū populo Ro.licuisset.Hic igif rigor iuris gētium erat.Sed æquitas & bonum de hoc rigore aliqd remittūt.Nam æquum & iustum est:ut qui non accipit iniuriā:nō faciat.Cū ergo iugurtha & comites Romæ tuti & inuiolabiles essent:æquitas exigebat:ut ipsi quoqꝫ aliis iniuriā nō inferrent. Quia ergo Bomilcar occidi mandauerat Massiuam:ex iure æquitatis accusatus est. Fit reus.i. accusaf:ꝙ Massiuam fecerit interfici: nā reus dicitur ille:qui accusaf:siue ille a quo in iudicio aliquid petitur:actor dicif ille: q accusat: siue ille q petit aliquod in iudicio. Ex æquo.i.ex æquitate:Nam æquitas postulat:ut qui non ledif: non ledat:& qui iniuriam nō accipit:iniuriam non īferat. Bono.i.ex iusto:ex iustitia æquum & bonū ptes iuris sunt. Ex iure gentium:ius gentiū dicitur:quod apud omnes gentes seruatur:quale ē:ut legati ubiqꝫ sint tuti:fides publica ubiqꝫ inuiolata seruetur.liberi parentes obseruent:& eos in necessitate alant:& similia. Comes eius.s.iugurthæ: & hæc erat causa:quare ex iure gētium Bomilcar Romæ tutus erat:& inuiolabilis.quia comes iugurthæ erat:qui Romam uenerat:data ei publica fide. At iugurtha. Vide qd dicat:iugurtha non prius cessauit defendere Bomilcarem:q̄ cognouit inuidiā facti:& atrocitatē sceleris uincere gratiam:& pecuniam suam:& ob eam causam:cum uideret futurum esset:ut Bomilcar damnaretur:quia plus poterat inuidia: & atrocitas sceleris: ut damnaref:q̄ gr̄a de pecunia sua:ut defenderef:eū iudicio subtraxit:& occulte in Numidiā cū dimisit:ne de damnato supplicium sumeref:& hoc est:quod dicit. Manifestus tanti sceleris.Notanda cōstructio:dicim⁹ enim hic manifestus est furti:ut hoc loco:iugurtha manifestus tanti sceleris:quia māifeste oēs intelligebāt causam ppetratæ cædis ab ipso Iugurtha esse pfectam. Non prius omisit contra uerum niti.i.nō prius cessauit contra ueritatem tendere:defendendo Bomilcarē. Quā aiaduertit.i.cognouit. Sup grām: atque pecuniam suam inuidiam facti esse.s.iugurtha nō prius cessauit cōtra ueritatem tendere:defendēdo Bomilcarem accusatum:q̄ cognouit inuidiam facti:plus posse:q̄ pecuniam & gratiam suam:nā iugurtha gratia & pecūnia contendebat quantum poterat:ut Bomilcarē defenderet:sed inuidia:& atrocitas cædis perpetratæ plus poterat:ut Bomilcarē dānaretur: q̄ pecūia iugurthæ:ut Bomilcar defenderef. Inuidiam facti.s. cædis ppetratæ. Igitur:ergo quia uidebat se Bomilcarē defendere nō posse:eum clam in Numidiā remisit. Ordo est.Igitur iugurtha cōsulens magis regno q̄ uadibus.clam dimittit Bomilcarem in Numidiam: ueritus: ne metus parendi sibi inuaderet reliquos populares:si supplicium foret sumptum de illo:q̄q̄ dederat quinq̄ginta uades ex amicis in priori actione.Scimus:ꝙ qui in iudicium uocantur:uades dare coguntur: se obtēperaturos esse iudicio:ergo iugurtha:cum a Memmio Tribuno plæbis in iudicium uocatus est: dederat ex amicis suis uades quinquaginta:per quos pmittebat se staturum esse iudicio:& obtemperaturum.Nūc aūt cum uideret apte futurum eē:ut Bomilcar damnaretur in iudicio:& de eo supplicium sumeretur: uadibus sub periculo satisfaciendi.p fuga Bomilcaris relictis:ipsum Bomilcarem periculo subtraxit: & eum in Numidiam remisit.Hoc autem ideo fecit:quia si de Bomilcare supplicium sumptū esset:reliqui timuissent parere & obedire regi:si eos secum ducere uoluisset:quemadmodum duxerat secum Romā Bomilcarē. In priori actione:uidelicet qñ a Mēmio in iudicium uocatus est:& in concionem pductus:ut supra uisum est. Actio dr̄ ciuilis cōtrouersiæ agitatio:siue disceptatio:q̄ cōstat ex accusatione:& defensione:siue ex petitiōe. & recusatione:uel negatōe. Regno magis q̄ uadibus. Consulens.i. magis attendēs cōseruatōem regni q̄ uades:nam charius sibi regnum erat q̄ uades:Nam si de Bomilcare supplicium sumptum eēt:regnū in periculo erat.hac de cā:quia reliqui postmodū regi nō obtemperassent:casum Bomilcaris attendentes.

quouis mō Numidā īterficiat. Bolmicar matur̄re gis mādata exequit̄: & p hoīes talis negocii artifices.itinera:egressusqꝫ ei⁹. postremo loca atqꝫ tpa explorat. Deinde:ubi res postulat:insidias tetēdit. Igit̄ un⁹ex eo numero:q ad cædē pati erāt:paulo incōsultius Massiuam aggredit̄:illūqꝫ obtrūcat: dephēsus multis hortantib⁹: & in primis Albino cōsule indicium pfitet̄. Fit reus magis ex ęquo & bono q̄ ex iure gentium:Bomilcar comes ei⁹. qui Romā fide publica uenerat. At Iugurtha manifestus tāti sceleris nō pri⁹omisit cōtra uerū niti quā aīaduertit super gratiā atqꝫ pecuniā suā inuidiam facti eē. Igit̄ quāquam in priori actiōe ex amicis quinquaginta uades dederat: regno magis q̄ uadibus cōsulens: clā ī Numidiā dimittit Bomicarē. ueritus: ne reliquos populares metus inuaderet parendi sibi.si de illo supplicium sumptum foret

IOAN. CHRI.

IOAN. CHRI.

¶Et ipse.s.iugurtha.¶Eodē loco.i.ad eundem locum.s.Numidiam.¶Iussus a senatu. Senatus iusserat Iugurthā ex Italia discedere.¶Fertur.i.dicitur.Eo.i.ad eam urbem.s.Romam.¶Vrbem uenalem.s.Romam. Cum egressus esset iugurtha:respiciens Romam dixit O Roma urbs uenalis:cito peribis:si inueneris:qui te emerit.¶Venalem:idest uendibilem.¶Et mature:idest cito.



Nterim Albinus.Nūc narrare incipit qđ fecerit Albinus cōsul postq̄ iugurtha Roma egressus in Numidiā rediit.Dicit ergo Albinū cōsulē cū iugurtha bellū renouasse: atq̧ ex Italia in Aphricā & cōmeatū & stipendiū &c.q̄ militib⁹ sūt necessaria portasse.Cōmeatū:quē nūc uulgo uictualia uocāt.¶Renouato bello.s.cōtra iugurthā.¶Stipēdiū: p̄miū militare.¶Aliaq̧:ueluti arma:uestes:¶Vsui.i.ad usuȝ ad utilitatē.¶Maturat.i.accelerat:festinat.¶Ipse s.Albinus cōsul.¶Profect⁹est.s.i Aphricā:nā Numidia:in qua bellū gerebat̄:ps ē Aphricæ: ut dictū est.Ordo est.Ac ipse statim ē ꝓfectus:uti ꝓut cōficeret bellū:ut armis:aut deditiōe:aut quouis mō āte comitia:qđ tp̄s haud lōge aberat.Dicit Albinū cito in Aphricā eē ꝓfectū:qa bellū renouatū cū iugurtha cito finire cupiebat̄: ut posset ad Romā redire ad comitia:quæ non longe aberāt.Comitia tria significat:comitia dr̄ tp̄s ip̄m: in quo populus cōuocat̄ ad creādos magr̄atus. Dr̄ ēt populus ipse cōuocatus ad hoc: uidelicet ad magr̄atus declarandos.Comitia ēt electiōes ipsæ a populo factæ dicūt̄.hoc loco comitia tp̄s significat:unde sequit̄.¶Qđ tp̄s haud lōge aberat.¶Armis bello.¶Deditione:ut iugurtha se dederet.¶Cōficeret.i.finiret.¶At ꝯtra:cōsul cupiebat bellum finire:sed iugurtha ecōtrario bellū trahebat.¶Trahere.ꝓ trahebat.i.ꝓlongabat. ¶Facere.ꝓ faciebat:¶Polliceri:ꝓ pollicebatur. ¶Metū simulare:simulabat se timere.¶Cedere istāti:rebus præsentibus cedebat:ne uidelicet cū cōsule pugnaret:& q̄uis hoc faceret:tn̄ suos hortabat̄:ne diffidāt.¶Ne sui diffiderent.i.instabat ne sui hoīes diffiderēt:& desperarent.¶Ita belli mō.i.aliqn̄.¶Mō.i.aliqn̄:mora pacis: aliqn̄ per moram belli:cōsulē ludificabat & decipiebat. ¶Pacis mora:qa simulabat:se uelle facere pacē: ꝑ deditionē.¶Ludificare.i.decipiebat.¶Fauere s.aliquid.¶Haud ignarum.i.insciū.Aliq fuerūt:

& ipse paucis dieb⁹ ꝓfect⁹ē:iussus a senatu Italia decedere.Sed postq̄ Roma egressus ē: fert̄ sæpe tacit⁹ respiciēs postrēo dixisse:urbē uenalē.& mature piturā.si emptorē inuenerit.



Nterim Albin⁹ renouato bello cōmeatū:stipēdiū:aliaq̧: q̄ militib⁹ usui forēt:maturat i Aphricā portar̄:ac stati ipse ꝓfect⁹ē: uti añ cōmitia: qđ tp̄s haud lōge aberat:armis:aut deditiōe:aut quouis mō bellū cōficeret. At cōtra Iugurtha trahere oīa:& alias cās more facere:polliceri deditionē: ac deīde metū simulare: cedere instanti: & postpaulo: ne sui diffiderent: istar̄:ita belli mō: mō pacis mora cōsulē ludificar̄. Ac fuer̄:q tū Albinū:haud ignarū cōsilii regis existimarēt.Neq̧ ex tāta ꝓperātia: tam facile tractū bellū.secordia magis q̄ dolo crederēt.Sed postq̄ dilapso tp̄e:comitiorū dies aduētabat:Albin⁹.Aulo fratre in castris ꝓ p̄tore relicto:Romā discessit. Ea tēpestate Romæ seditiōib⁹ tribūitiis attrociter respublica agitabat̄.P.Lucili⁹.L. annius tribuni plębis:resistētibus collegis.cōtinuare magistratū nitebantur: quæ dissensio totius anni comitia impediebat.Ea mora in spem adduct⁹ Aulus:quem pro prętore in castris relictum supra dixim⁹: aut

qui existimarent Albinum intellexisse cōsiliū regis:neq̧ negligētia magis q̄ dolo bellū traxisse.¶Tāta ꝓperantia.i.festinatiōe:nā supra dixit illū festinasse:ut bellū finiret ante comitia.¶Secordia.i. negligentia. ¶Neq̧ ex tāta properātia.Et fuerūt.q credebāt bellū tā facile tractū.s.fuisse:neq̧.ꝓ nō magis secordia: q̄ dolo.i.aliq fuerūt q crederent bellum ab Albino eē ꝓlongatū magis dolo q̄ negligentia:cuius rei indicium:& cōiectura erat:qa a principio tātope festinabat:& tā facile postea illa festinatio cessauit.¶Sed postq̄.Cū(inquit)ipse dies comitiorū appropinquaret:Albinus cōsul fratrem suū Aulum in castris reliquit in loco p̄toris:& ipse Romā reuersus ē:ut comitiis interesset.¶Dilapso tp̄e.i.elapso tp̄e.¶Aduētabat.i. appropinq̄bat. ¶Pro p̄tore.i.in loco p̄toris:hoc ē:cū offō p̄toris.Prætor aūt sex fasces hēbat.Cōsul uero duodecim.¶Ea tēpestate:eo tp̄e inqt:respublica uexabat̄ ꝑ seditionē tribunoꝝ plæbis.¶Seditiōibus.i.discordiis.Publius Lucullus:& Lucius Annius tribuni plæbis nitebant̄ cōtinuate magr̄atum:collegis resistētibus:qa uolebāt: ut sequenti anno reficerent̄ tribuni:collegæ aūt eorū nolebāt.& resistebāt.¶Collegis:uidelicet aliis tribunis plebis:magr̄atus a populo creari nō poterant.¶Ea mora.Ordo est.Aulus:quē supradiximus eē relictū i castris ꝓ prætore:adductus i spē ea mora.i.pp eam morā:euocat milites ex tabernaculis in expeditionem mense Ianuario:aut cā cōficiēdi belli:aut cā capiūdæ pecuniæ:a rege terrore exercitus.i.pp terrorem exercitus:Aulus frater Albini cōsulis relictus:ut p̄esset exercitui:cū uideret sibi tp̄s dari ad bellū gerēdū: qa successor creari nō poterat:pp morā comitiorū:q̄ a tribunis īpediebat̄:exercitū in expeditionē eduxit:seu sperans bellum finire posse:anteq̄ successor mitteret̄:seu:ut terrore iugurtham induceret:ut sibi pecūias daret. ¶Ea mora.i.pp eam moram.¶In spem adductus.Aulus:qui sperabat pp eam moram. se posse bellum finire:antequam successor crearetur in locum Albini fratris sui:qui annum suum expleuerat.

¶Conficiendi.i.finiēdi.¶Terrore exercitus:nā Aulus credebat:se posse terrere Iugurthā:si exercitū ī prœlium educeret:atq; eo terrore Iugurtham inducere:ut pecunias sibi daret.¶Ex tabernaculis.i.ex tentoriis. ¶In expeditionē.i.in bellū.¶Euocat.i.educit.¶Magnis itineribus:quia singulis diebus magna itinera conficiebat.¶Hyeme aspera:utpote mense Ianuario.¶Quod oppidū:ordo est.Tamē Aulus frater Albini agere .p agebat uineas:& iacere pro iaciebat aggerem:& præparabat alia:q forēt usui incæpto: & hoc faciebat: aut gratia simulandi:quo.i.ut adderet formidinem regi:aut cæcus cupidine potiundi oppidi ob thesauros: qq̄ illud:idest illud oppidum:neq; poterat capi: neq; poterat obsideri:& sæuitia temporis:& iopportunitate loci:nam pro quia planicies limosa fecerat paludem hyemalibus aquis circa murū situm in extremo prærupti montis.Sensus est. Aulus aggressus est oppugnare hoc oppidum. Suthul:licet inexpugnabile esset:& propter naturam loci:& propter sæuitiam tēporis:sed hoc fecit:ut uel regem terreret:uel quia cupiebat capere hoc oppidū propter thesauros regis: q ibi erant.¶Sæuitia tpis:qa erat hyems aspera.¶Sæuitia:idest asperitate.¶Inopportūitate: qa oppidum erat in monte altissimo:muro munitū: & circa murum aquæ pluuiales paludem fecerāt ī planitie limosa.¶Nam circum: declarat quare dicit iopportunitate loci oppidū capi nō posse. ¶Situm.i.positū.¶Prærupti:idest editi: & alti: nam præruptus dicitur in altum eleuatus. Virg. i.ænei.Insequitur cumulo prærupt⁹ aquæ mōs. ¶Limosa.i.cenosa:& limo:& ceno:ac luto plena.¶Hyemalibus aqs.i.cum aquis:quæ hyeme pluunt.¶Gratia:idest causa.¶Formidinē .i.pauorem.¶Adderet.i.iniiceret:inferret.¶Oppidi potiundi.i.capiendi oppidi.¶Vineas:machinamentum bellicum.¶Agere:.p agebat.i. admonebat.¶Agerem iacere.Quid sit iacere aggerē clarius demonstrat inferius:ubi sic dicit. Deide iubet uineas agere:superq; eas aggerem iacere: & super aggerem:impositis turribus:opus a ministris defendi.Sic ergo faciebat.Vineas ad muros agebāt:& appellebant:deinde super uineas iaciebant:& fundebant terram.i. aggerē: & sup aggerē turres faciebant:& in his turribus pugnatores locabāt.¶Quid sit uinea:qd sit agger:declarat īferi⁹. ¶Incœpto:ad incœptū:uidelicet ad obsidionē:& oppugnationē oppidi.¶Vsui:ad usum & utilitatē.¶Vanitate.i.amētia & stultitia.¶Legati.s.Auli.Nā Aulus lȝ a frē .p ꝑtore in castris relict⁹ sit:tñ erat legat⁹.Legat⁹ dicebat:q uni legioni præerat.Legio aūt q̄ttuor milia militū continebat:licet postea is numerus auctus sit. ¶Subdole:fraudulenter:& dolose.¶Augere:.p augebat.Et declarat qūo eius amentiā augebat:nam Iugurtha fingebat se timere:& .ꝑpterea ad eū legatos mittebat:ipse cū exercitu se fugere simulabat.¶Missitare:.p missitabat.i.frequenter mittebat ipe.s.Iugurtha.¶Vitabundis.i.uitāti similis:nā nō uitabat:sed uitare simulabat.¶Saltuosa.i.nemorosa.¶Tramites.i.per uias occultas.¶Ductare:.p ductabat. ¶Spe pactionis.i. per spem pactiōis Iugurtha callidus hāc spē Aulo dedit:ut diceret se cū illo pactū:& fœdus facere uelle:sed uolebat: ut Aulus seq̄ret se in regiōes occultas:ut delicta & errata sua ī hoc bello cōmissa:eēnt magis occulta. ¶Pepulit.i.iduxit.¶Relicto Suthule.i.omissa obsidiōe:& oppugnatiōe Suthulis.¶Abditas.i. remotas & occultas.¶Cedētē.i.retrocedētē & fugientē.¶Ita.s.dicebat.¶Calidos.i.astutos.¶Exercitū.s.Auli.¶Tētabat.i.solicitabat.¶Cēturiōes:centurio dicebat:q uni centuriæ ꝑerat.Cētutio,cētū hoies continebat: & centuriæ sunt peditum:turmæ uero eqtum. Turma triginta eqtes continebat:& ē .p lepsis.¶Transfugerēt: ab exercitu Romano ad se.¶Corrūpere:.p corrūpebat:uti partim transfugerent:& uti alii desererent locū: dato signo.Disciplina militaris erat:ut miles in pugna locū semel captū: in iussu imperatoris nō desereret. ¶Signo dato.s.pugnæ p tubam:nam tubā canit:cū milites ī pugnā uadūt.¶Locū.s.pugnæ.¶Quæ postq̄ ex sententia instruit.i.postq̄ corrupit pecunia centuriones:& duces turmarum quemadmodum uolebat. ¶In tempesta nocte.i.media nocte:Nam ut dicit Seruius:nox tempesta dicitur:nox media: hoc est nimiū obscurissima:quia caret tempore:quod secundū Lucretium per se nullū est:nisi ex actibus itelligat: mediū autem noctis tēpus caret actu:ergo intempesta: nox inactuosa: hoc est sine actu: per quē dignoscit tēpus: intempesta nox:idest sine tēpestate:hoc est sine tēpore:nam tempestas significat tempus:nox uero sine tpe: ideo dicitur:quia est sine actu:quo tempus dignoscitur.¶Multitudine.i.cum multitudine.

cōficiendi belli. aut terrore exercitus: ab rege pecuniæ capiūdæ:milites mēse Ianua.ex tabernaculis in expeditionē euocat:magnisq; itinerib⁹:hyeme aspera peruenit ad oppidū Suthul: ubi regis thesauri erant: qd' q̄q̄ ex sæuitia tpis: & inopportunitate loci: neq; capi:neq; obsideri poterat (nā circa murū sitū in ꝑrupti montis extremo: planicies limosa hyemalibus aquis paludē fecerat) tñ: aut simulandi gratia: quo regi formidinē adderet: aut cupidine cæcus oppidi potiūdi:uineas agere: aggerē iacere: alia:q incœpto usui forēt: ꝑperare. At Iugurtha:cognita uanitate: atq; impitia legati: subdole augere eius amentiā: missitare supplicātes legatos:ipse quasi uitabundus ꝑ saltuosa loca: & tramites exercitū ductare. Deniq; Aulum spe pactionis pepulit: uti Suthule relicto: in abditas regiōes sese:ueluti cedētē inseq̄ret. Ita delicta occultiora fuer.Interea ꝑ hoies callidos die noctuq; exercitū tētabat:cēturiōes ducesq; turmaꝝ. ꝑtim uti trāsfugerēt. corrūpere. alii signo dato. uti locū desererent. quæ postq̄ ex sentētia instruit. ī tempesta nocte cū multitudine Nūidarū Auli castra

IOAN. CHRI.

Circunuenit.s.Iugurtha.i.circũdat. Perculsi.i.perterriti. Periculũ anceps.s.erat.i.duplex: nam periculum erat siue manerẽt:siue fugerent:& hoc sequentia declarãt. Cohors una ligurũ. Ligures & Thraces auxilia miserãt ad hoc bellũ po. Ro.ergo ex Ligurib⁹ una cohors:& ex Thracib⁹ duæ turmæ eqtũ cũ paucis militibus gregariis ad Iugurthã transfugerunt. Gregariis militibus. Milites gregarii dicti sunt:quasi ex grege:hoc est ex multitudine:& sunt milites uiliores. Et centurio:ordo est. Et Centurio primi uexilli tertiæ legionis dedit locũ introeundi hostibus per munitionẽ:quã acceperat uti defenderet.i. Centurio primi uexilli tertiæ legionis corruptus: locum hostibus dedit:ut in castra Romana introirent per munitionem:quam defendendam acceperat. In exercitu multæ legiones erant:in legione multæ centuriæ. Primipilus dicebatur:qui nõ solum aquilæ præerat:uerũ ẽt quattuor centurias: hoc ẽ quadringentos milites in prima acie gubernabat. Dicitur aũt centurio primipili:& cẽturio primipilus:hoc est centurio primi uexilli:uidelicet aquilæ:quæ est primum signum:ac uexillu3: unaquæq3 legio habet unũ centurionẽ primipili. Eaq3.i. per eam partem. Nostris.i. Romanis. Vide q̃ facile uicti sunt Romãi. Cum Numidæ hostes castra Romana irrupissent: subito Romani alii fugientes: alii arma abiicientes in collem: quẽdam montis proximum ascenderũt. Plærīq3: ac si diceret:Romani collem occupauerunt:alii fugiendo:alii non fugiendo:sed pugnãdo paulatim cedẽtes. Nox atq3 præda castroru3: hoc dicit:duæ res fuerunt:quæ hostes impedierunt: ne funditus Romanos delerent.s.nox & p̃da castrorum. Nam nox obscura prohibebat:ne hostes Romanos insequerentur:& dum hostes occupati sunt indiripiendis castris Romanorum: interea in locum tutum Romani fugierunt. In legione decem cohortes sunt:sed prima cohors reliquas:& numero militum:& dignitate præcedit:hæc enim suscipit aquilam: quod primũ & precipuũ signum est in exercitu:hæc hẽt imagines imperatorũ:habet milites mille centũ qnq3: equites.c.xxxii. reliquæ eiusdem numeri sunt:singulæ enim habent pedites quingentos quinquagintaquinq3:equites.lxv. prima cohors caput est totius legionis:ab hac cũ pugnandũ est: prima acies incipit ordinari. Quominus.i. ut non. Victoria uterentur. Victoria uti:est hostẽ funditus delere:ita ut reliquiæ fracti exercitus ĩ unũ aliquem locum colligi non possint:uiresq3 resumere:nam sæpe euenire solet:ut acies p̃lio fusæ atq3 fugatæ:in tutum aliquem locũ se recipiãt: & breui tempore in pristinum robur reparẽtur.

circũuenit, Milites Romani perculsi isolito metu arma capere:alii sese abdere:pars territos confirmare:trepidare:omnib⁹ locis uis magna hostiũ: cœlum nocte:atq3 nubibus obscuratum:periculũ anceps. Postremo fugere:ac manere tutius foret: in incerto:sed ex eo numero:quos pauloante corruptos diximus:cohors una ligurũ cum duabus turmis Thracũ:& paucis gregariis militibus transire ad regem:& Primipilus tertiæ legionis p̃ munitionem: quã:uti defenderet: accepat:locũ hostibus introeũdi dedit. Ea numidæ cuncti irrupere. Ex nostris fœda fuga:plærīq3: abiectis armis: p̃ximum collem occupauerant:nox atq3 p̃da castroꝝ hostes:quomin⁹ uictoria uterent᷑: remorata sũt. Deinde Iugurtha postero die cũ Aulo in colloq̃ ṽba facit:tãetsi ip̃m cũ exercitu fame ferroq3 clausum teneat:tñ dicit se memorem humanarũ reꝝ: si secum fœdus faceret: incolumes oẽs sub iugũ missurũ: p̃terea uti decẽ diebus Numidia decederent. Quæ q̃q̃ grauia & flagitii plena erant:tñ qa mortis metu nutabãt:sicuti regi libuerat:pax cõuenit. Sed ubi Romæ comperta sunt. metus atq3 mœror ciuitatem inuaserat. pars dolere pro gloria imperii. pars insolito bellicarum rerum timore liberati. Aulo omnes infesti. ac maxime: qui bello p̃clari sæpe fuerãt. q̃ armat⁹ dedecore poti⁹ q̃ manu salutẽ q̃siuerat. Ob ea cõsul Albin⁹ ex delicto frĩs sui. de hinc inuidiã. ac piculũ ptimescens.

Tãetsi.ordo ẽ. Iugurtha tñ dicebat se memorẽ reꝝ hũanaꝝ eẽ missuꝝ oẽs incolũes sub iugũ:tãetsi teneret ip̃m cũ exercitu clausũ fame:& ferro. Cũ Aulus & Iugurtha ĩ colloqũ uenissent. Iugurtha sic dixit. O Aule: scio res hũanas instabiles eẽ:ut q̃uis hodie uictor sim:tñ cras uinci possim:& ꝓpterea:q̃uis te cũ exercitu fame & ferro clausum obsideã:tñ si mecũ fœd⁹ facere uis:nõ recusabo:ut oẽs milites Romanos subiugũ mittã: atq3 ita ĩcolumes abire p̃mittã. Aulus cõditionẽ ignominiosam metu mortis nõ recusauit:itaq3 oĩs exercitus sub iugũ missus ẽst. Sic aũt milites sub iugũ mittebant᷑:ut tradit Liuius. Hastæ duæ terræ affixæ in altum erigebantur:tertia e transuerso ducebat᷑:atq3 ita milites subire cogebant᷑:quæ res eos uictos significabat. Præterea:hoc etiã Iugurtha in cõditiõibus fœderis uolebat:ut Romãi decẽ dieꝝ spacio e Numidia discederent. Quæ q̃q̃:ordo est:tñ pax cõuenit.s. ita sicuti libuerat regi: quia nutabant᷑ metu mortis: q̃q̃ q̃ idest illa erãt grauia & plena flagitii. Mortis metu:nã in colle:quẽ occupauerant clausi a Iugurtha obsidebantur:nec inde discedere poterãt: quin in Numidas inciderent. Conuenit.i. composita est. Metus atq3 mœror:Romani ciues:& timebant:& dolebant. Et declarat utrũq3. Pro gloria imp̃ii: nam gloria imperii Romani in tã turpi fœdere maculata:& uiolata esse uidebat᷑. Dedecore poti⁹:uidelicet p̃mittẽdo: ut exercitus sub iugũ mitteret᷑:nam euentum pugnæ potius experiri debuit:q̃ tantam ignominiam subire.

IOAN. CHRI.

¶Senatũ defendere consulebat:utrũ senatus fœdus ꝓbaret an rescinderet & irritaret.¶ Supplementũ scribere.i.scribebat milites:quos in supplementũ mitteret eoꝝ:q amissi erãt ĩ ꝑlio.¶ Auxilia:milites q a sociis adiumẽto mittebanᷓ:auxilia uocabanᷓ.¶ Accersere:ꝑ accersebat.i.uocabat.¶ Suo.s.in iussu.i.senat⁹ decreuit:Aulũ nõ potuisse fœdus facere cũ Iugurtha sine suo ꝑcepto:& sine ꝑcepto po.Ro.Ecce decreto Senatus rescinditur fœdus factũ cũ Iugurtha.¶ Impeditus a tribunis.Ecce quanta erat auctoritas tribunoꝝ plæbis. Consul copias parauerat:q̃s secũ in Aphricã duceret:& tribuni eũ:ne hoc faceret:ꝓhibuerũt.¶ Nã oĩs exercitus.Dicit:q re cõsul in Aphricã ꝓfectus:qa totus exercitus hyemabat in ꝓuinciã:qui erat deductus ex Numidia.¶ Vti cõuenerat.i.sicuti pactũ fuerat ĩter Aulũ & Iugurthã:sic eni inuicem cõuenerãt:ut Romani spatio decẽ dieꝝ ex Numidia discederẽt.¶ In ꝓuinciã.i.in eã ꝑtẽ Aphricæ:quã tenebãt Romani:q̃ more Romano dicebatur ꝓuincia:ut supra diximus.¶ Postq̃ eo uentũ est:ordo est Albinus cõsul:ex copia reruꝫ statuit.Mos dicendi apud Salu.est:ex copia rerũ cõsiliũ capit:ex copia reꝝ cõsul trahit:ex copia rerũ statuit.i.ex opportunitate:& occasiõe:quaꝫ hẽbat:hoc cõsiliũ capit:& hoc decernit:uidelicet nihil sibi agẽdũ eẽ statuit nihil sibi agendum .s. esse:cognitis militibus:quos Auli corruperat licentia:atq; lasciuia:soluto ĩperio ꝑter fugã:q̃q̃ animus ardebat ꝑseq Iugurthã:& mederi fraternæ iniudiæ.i.postq̃ uenit Albin⁹ cõsul in Aphricam cupiebat ꝑseq Iugurthã:ut cladẽ uitio fratris acceptã si posset:aliquo mõ releuaret.Sed postq̃ cognouit totũ exercitũ licẽtia & lasciuia corruptum:nihil tentare uoluit.¶ Mederi fraternæ inuidiæ.i.fraternã ĩuidiã releuare:nã Aulus ab oĩbus odio hẽbaᷓ.¶ Præter fugã.i.post fugã.¶ Soluto ĩperio .i.impio fracto & eneruato:qa milites faciebat qcqd uolebãt.¶ Licentia:qa milites licẽter faciebãt qcqd uolebãt:neglecta militari disciplina.¶ Interim Romæ.Trãsit ad aliã rẽ.Dicit eni:Caiũ Manliũ Tribunũ plæbis rogationẽ ad populũ ꝓmulgasse:ut inq̃sitio fieret de his:quoꝝ cõsilio Iugurtha Senatus decreta neglexisset:& qui ab eo pecunias accepissent in legatiõibus:uel impiis:& q elephãtas ac ꝑfugas tradidissent:& qui de pace:uel de bello pactiones cũ eo fecissent.¶ Rogationẽ ad populũ ꝓmulgat.i.petitionẽ uel legẽ populo proponit:q̃ petitio continebat ea:quæ sequunᷓ.Is q populum uocat:& petit ab eo:ut aliqd iubeat aut uetet:dicitᷓ ad populũ ferre:siue ad populũ ꝓmulgare:siue populũ rogare.Exẽpli gratia.C.Mãlius populum conuocatũ ita interrogat:uultis:iubetis ne Quirites:ut q̃ratur in eos:quoꝝ consilio Iugurtha Senatus decreta contempsit. Cum hanc rem ad populum promulgasset.i.cũ hanc rem populo proposuisset:qui eã rem probabant:suadebant populo Romano:ut rogatiõem suffragiis aut auxiliis confirmaret:qui autem improbabant:dissuadebant.Cum res in utranq; partem disputata esset & discussa:populus:qui ex triginta quinq; tribus constabat:mittebatur in suffragiũ.Cum decem & octo tribus.i.pluſq̃ dimidia pars populi rogationẽ probasset suffragiis:lex:siue rogatio perlata dicebaᷓ.Promulgare aũt dicitur quasi ꝓuulgare .i. ad uulgũ ferre:hoc est populo proponere.¶ Aut in legationibus:ex hoc legati notabantur:qui missi sunt:ut regnum Numidiæ inter Iugurthã & Adherbalẽ diuiderẽt:quoꝝ pars maior a Iugurtha pecuniã accepit:ut supra uisum est.¶ Aut impiis:ꝑ hoc cõsul Bestia notabaᷓ.¶ Elephantes & ꝑfugas:hoc uisum est supius.Nã q in castris relicti sunt:elephantes & transfugas tradiderũt.¶ Pactiões fecissent:ꝑ hoc Bestia consul & Aulus frater Albini consulis notabantur.¶ Huic rogationi:ordo est.Partim homines cõscii sibi:alii metuẽtes pericula ex inuidia:partim parabant occulte impedimenta huic rogationi per homines latini nominis:& per socios Italicos:quoniam aperte resistere non poterant:quin faterẽtur illa:& alia talia placere sibi:hoc dicit:illi qui erãt in delicto:hanc rogationẽ Manlii impedire conabantur ꝑ hoĩes Latinos & Italicos:qui etãt ciues Romani:sed tamen nihil facere potuerũt.Nã rogatio perlata est & iussa.¶ Alii ex inuidia partiũ pericula metuentes.Multi nobiles erant:q timebant ꝑpter inuidiam partiũ:qa intelligebãt piculũ:sibi iminere si plæbs in hac rogatiõe uictoriã obtinuisset:nam factio nobiliũ ꝑ hanc rogationem uires amittebat.Econtra factio plæbis uires & aĩos augebat:sicuti ipse Salu.infra ostendit.¶ Quoniã apte resistere non poterant:occulte resistebãt huic rogationi ꝑ alios:qa ꝑ se aperte resistere nõ poterãt:qn suũ delictũ fateren̄ᷓ.¶ Illa& alia talia.s.accepisse pecunias a rege:& ipm regẽ iuuisse &c.fecisse quæ in rogatione ꝓmulgata cõtinebanᷓ.

Senatũ defendere cõsulebat:tñ exercitui interim supplemẽtũ scribẽ:a sociis:& noĩe latio auxilia accersere.Deniq; oib⁹ modis festinare.Senat⁹ uti par fuerat decernit:suo atq; ppli sine iussu nullũ potuisse fœdus fieri.Cõsul ĩpedit⁹ a Tri.pl.ne q̃s pauerat copias.secũ portarẽ:paucis dieb⁹ ĩ Aphricã ꝓficiscitᷓ.Nã oĩs exercit⁹(uti cõuenerat)Nũidia deduct⁹ ĩ ꝓuĩciã hyemabat.Postq̃ eo uẽtũ ẽ q̃q̃ ꝑseq Iugurthã.& mederi frñæ ĩuidiæ aĩus ardebat:cognitis militib⁹:quos ꝑter fugã.soluto ĩperio:licẽtia atq; lasciuia corrupat.ex copia reꝝ statuit sibi nihil agendũ.Interim Romæ.C.Mãlius Limitan⁹ Tri.Pl rogationẽ ad populũ ꝓmulgat:uti quæreretur in eos:quorũ consilio Iugurtha senat⁹ decreta neglexisset:& q tradidissent elephãtes & ꝑfugas:qq; ab eo ĩ legatiõib⁹:aut ĩperiis pecuniã accepissent.itẽ q de pace aut bello cũ hostibus pactiões fecissent.Huic rogatiõi ptim conscii sibi:alii ex ptiũ inuidia picula metuentes:quoniã aperte resistere non poterant:qn illa & alia talia placere sibi faterentur)occulte ꝑ aĩcos:ac maxie

IOAN. ¶Homines latini nois.i.p hoies latinos:qbus ciuitas Ro.data erat.i.q̃ ciues Rõani facti erãt. ¶Sed plæbs.
CHRI. Sed est incredibile memoratu q̃tũ fuerat intenta plæbs:& q̃ta ui iussent rogationẽ:magis odio nobilitatis: cui illa mala parabanť: q̃ cura reip.tanta libido erat ĩ partibus:sensus patet.¶Incredibile memoratu.i.dictu incredibile:qa si diceret nõ crederet.Suffragiũ ꝓprie dr̃ uotũ & uolũtas uniuscuiusq;: q̃ prĩo uote: deinde per.L.Cassiũ legali lege p tabellã oñdebat:ita ut uolũtas cuiusq; pãdat:psona occultaret.¶Rogationẽ iusserit.i.rogationẽ suffragiis approbauerit.Nã eã rogationẽ se acceptare: & approbare suffragiis oñdit. Nã plæbs dicebat iussisse:id q̃d suffragiis approbabat. ¶Igit cæteris metu pculsis.Cũ(inqt) cætera nobilitas pterrita eẽt ob legẽ Mãlii: Scau.inter cæteros nobiles potẽs:ptẽ hui⁹ terroris & periculi imminentis excessit.Nã cũ tres inq̃sitores cõtinerenť in lege:fecit & obtinuit: ut ipse unus esset ex his:qui inq̃sitionẽ faciebant. Atq; ita cũ de ipso inq̃sitio facienda esset:q pecuniã acceperat a Iugurtha: per potentiã suã fecerat:ut ipe de aliis inquisitionẽ faceret. ¶ Igitur cæteris metu perculsis:i.cæteris nobilibus metu perterritis. ¶Inter lætitiã plæbis:nam plæbs lætabať: qa uidebat fore:ut multi nobiles damnarenť.¶Tres q̃ones:prima quæstio erat de his:quoꝝ consilio Iugurtha Senatus decreta cõtẽpserat:& q pecuniam ab eo accepãt.Secũda erat de his:q elephãtes & transfugas uendiderãt.Tertia de his: q pactiones de pace:aut bello cũ hostibus fecissent. ¶In eo numero.i.numero q̃sitorũ: obtinuerat: ut ex tribus q̃sitoribus unus eẽt:nã opus erat:ut singuli q̃sitores singulis inquisitiõibus p̃essent. Nã quæsitores dicunť:q de criminibus suspectis inq̃sitionẽ faciunt.¶Sed q̃stione exercitata: ordo est:ea tẽpestate: sic insolentia cæperat plæbẽ ex secũdis rebus:ut pro sicut ipsa insolẽtia sæpe cæperat nobilitatẽ:excitata q̃one:aspere & uiolenter ex rumore & ex libidie plæbis.Postq̃(inquit)inq̃sitio exercitata ẽ:sicuti plæbs cupiebat: ipsa plæbs supbire cœpit: ex hoc queadmodũ sæpe nobilitas superbire consueuerat.¶ Aspere & uiolenter:quia multi nobiles dãnati sunt:iter quos.L.Opimus: q princeps legationis fuit qñ decem legati missi sunt:ut regnũ Numidiæ diuiderent inter Iugurthã & Adherbalẽ.¶Ex rumore & ex libidine plæbis.i.quemadmodũ dicebat & cupiebat plæbs.¶Ex rumore.i.secundũ rumorẽ & famã plæbis: quia inquisitio facta est:de his hominibus:de quibus plæbs dicebat esse faciendã.¶ Ex secundis.i.psperis rebus:quia inquisitiones fiebãt:queadmodũ ipsa plæbs uolebat.¶Cæterũ mos. Salu. capta oportunitate: dicit:unde partes & factiones Romæ originẽ habuerint.¶Partium popularium & senatus factionũ. Tota ciuitas in duas partes & duas factiones diuisa erat. Vna pars siue factio erat senatus & nobilium. Altera ps erat plæbis.Sed factio senatus magis unita erat & coniuncta:factio plæbis magis dispsa.Sed ubi tota plæbs in unum conspirabat propter multitudinem superior erat:præsertim si duces factionis potentẽ aliquẽ inuenissent:ut Caium Marium:& Caium Cæsarẽ.¶Ocio.i.ppter pacẽ.Nam diuturna pax:& quies a tumultu bellorum uires:& animos eneruauerãt:& in superbiã erexerãt.¶Prima.i. præcipua:& meliora. Nam homines existimant diuitias esse cæteris rebus meliores.¶Nã ante Carthaginẽ.Ostendit nocuisse Romanis delere Carthaginem:quia donec Carthago in imperio fuit semp in bello Romanos tenuit occupatos: ita ut nec lasciuire nec superbire possent.Sed deleta & extincta Carthagine: cum impium Romanũ creuisset in immensum:& reꝝ oĩum affluentiã diuturnitas pacis:atq; ocii peperisset: lasciuire animi cœperũt:& ĩ superbiã extolli:atq; ita dominandi libido:paulatim incessit.Ante Carthaginẽ deletã. Cũ in senatu agitareť: an delenda esset Carthago.Sententias dixerunt.M.C.Censorinus:&.P.Scipio Nassica. Cato cẽsebat delẽdam esse Carthaginem:ut metu perpetuo belli Roma liberaretur:econtra.P. Scipio Nassica censebat Carthaginem non esse delendam:ne metu belli sublato ignauia topescerent animi:& uires ocio ac lasciuia corrumperẽtur:quod postea factum est:ut Salu.hic docet.¶Sed ubi:ordo ẽ.Sed lasciuia atq; supbia incessere: dico lasciuia: & superbia: appositiue ea quæ secundæ res amant.¶Vbi:pro postq̃ illa formido discessit mẽtibus.Sensus patet.¶Illa formido.s.Carthaginis.i.postq̃ Carthago deleta est:& metus belli supra diximus quemadmodum.P.Scipio Aphricanus minor Carthaginem captam funditus deleuerit: ex quo Aphricanus cognominatus est.¶Ea quæ secundæ res amant.Nã ex affluentia reꝝ lasciuia & superbia generantur.

per homines nominis latini:& sociis italicis impedimenta parabat:sed plæbs incredibile memoratu est quantũ intenta fuerit: quantaq; ui rogationẽ iusserit:& decreuerit: & uoluerit: magis odio nobilitatis:cui illa mala parantur: q̃ cura reipublicæ:tãta libido in partibus erat. Igitur cæteris perculsis metu.M.Scaurum:quem legatũ Bestiæ supra memorauimus:inter lætitiã plæbis: & suorũ fugam:trepida etiã tum ciuitate:quum & Manlii rogatiões tres quæsitores rogarenť:effecerat: uti ipse in eo nũero crearet. Sed q̃one exercitata aspere uiolenterq; ex rumore & libidine plæbis: ut sæpe nobilitatẽ:sic ea tẽpestate plæbẽ ex secũdis rebus isolẽtia cępat.Cæterũ mos ptiũ populariũ: & senatus factionũ:ac deinde oĩum malaꝝ artiũ paucis ante annis Romæ ortus est:ocio atq; abũdantia eaꝝ reꝝ:q̃ pria mortales ducũt:nã añ Carthaginẽ deletã.P.R.&.S.R. placide modesteq; iter se.R.P.tractabãt:neq; gl'ie certamẽ:neq; dñatiõis iter ciues erat:met⁹ hostis i bõis artib⁹ ciuitatẽ retinebat.Sed ubi illa formido a mẽtib⁹ discessit.s.ea:quæ res secũdæ amãt: lasciuia atq; supbia

